# LIBRI QUINTI

## CONFIRMATIONES AD BENEFICIA ECCLESIASTICA PRAGENSEM PER ARCHIDIOECESIM NUNC PRIMA VICE DIVULGATAE INCIPIENDO

## AB ANNO 1393 USQUE 1399.

OPERA ET SUMPTIBUS

**FRANCISCI ANTONII TINGL,**

PRESBYTFRI SAECULARIS, IN MORODOCHIO AD S. CATHARINAM NEO-PRAGAE CURAM ANIMARUM GERENTIS, JURE SYNODALIUM GAUDENTIS ATQUE MUSEI REGNI BOHEMIAE MEMBRI.

**PRAGAE.**

TYPIS NATIONALIS TYPOGRAPHIAE I. L. KOBER.

1866.

Nullum regnum aetate nostra in tota Europa tam frequentibus, tam augustis, tam ornatis templis ditatum fuisse, quam bohemicum reor.

*Aen. Sylvius c. 36.*

# Libri V. Annus 1393.

**G. X. — Bertoldiuilla.** Anno Domini 1393 die II. mensis Januarij data est commissio ad decanum Glacensem, ut resignacionem a domino Johanne plebano ecclesie in Bertoldiuilla de eadem ecclesia recipiat, et faciat proclamacionem de presentacione de dom. Martino presbytero de Fryeburg facta seu fienda per dominos prepositum et conuentum monasterij montis S. Marie in Glacz canonicorum regularium, et si nullus apparuerit contradictor, ipsum confirmet crida seu proclamacione premissa etc. Deputatus est sibi pro executore decanus Glacensis plebanus in Hawelswerd ut supra.

**Czestinkostel.** Johannes Pomuk decretorum doctor, Archidiaconus Zacensis in ecclesia Pragensi, Canonicus ecclesie Wyssegradensis, Vicarius Reuerendissimi in Christo patris et domini domini Johannis Sancte Pragensis ecclesie Archiepiscopi, apostolice sedis Legati secundi, in Spiritualibus generalis. Quod nos ad presentacionem et peticionem famosi viri Maynussij clientis de Zdebuziewess, in et ad ecclesiam parochialem in Czestinkostel per liberam resignacionem honorab. viri domini Sbinconis, vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefatus Maynussius juspatronatus dinoscitur obtinere, discretum virum dom. Colmannum de Rowny olim plebanum, crida seu proclamacione premissa, rectorem legitimum instituimus et plebanum, ipsum de predicta ecclesia cum omnibus juribus et pertinencijs suis vniuersis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam animarum et regimen dicte ecclesie eidem committimus, ipsum ad predictam ecclesiam confirmantes. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigilli Vicariatus nostri iussimus communiri. Datum Prage Anno Domini 1393 die tercia mensis Januarij.

**H. I. — Byelcz.** Johannes Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem Serenissimi principis et dom. dom. Wenceslai Romanorum et Boemie Regis, in et ad ecclesiam parochialem in Byelcz alias in Bratronicz, per resignacionem dom. Bohuslai vltimi rectoris ipsius ecclesie in manibus nostris etc. vacantem, honorab. dominum Hermannum

capellanum prefati dom. Regis crida etc. Datum Prage A. D. 1393 die VIII. Januarij.

**Tinecz.** X. Jan. Benessius plebanus ecclesie in Tinecz, in qua abbatissa et conuentus monasterij ibidem in Tinecz ordinis fratrum minorum et dom. Plichta senior de Zirotin patroni.

**Rowny.** Joh. Pomuk etc. Ad presentacionem strenui militis Johannis de Strzmelicz ad ecclesiam in Rowny vacantem ex eo, quod dom. Columannius vltimus rector aliud beneficium incompatibile pacifice est assecutus, discr. dom. Nicolaum Johannis de Borotin presbyterum diocesis Pragen. crida etc. Datum 1393 XI. Januarij.

**Tuczap.** Anno quo supra die XIV. Jan. data est crida cum commissione et confirmacione dom. Philippo de Sobyeslaw presbytero Prag. diocesis ad altare Corporis Christi in Tupacz (sic) de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, ad presentacionem honorab. dom. Pauli plebani ecclesie ibidem in Tuczap et famosorum Conradi de Tuczap et Hinconis de Dub clientum, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus *Chinowyensis.*

**Starkow.** Joh. Pomuk etc. Ad ecclesiam parochialem in Starkow per resignacionem dom. Bartholomei ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi viri Mathie de Lippa alias de Skala dicte ecclesie patroni, dom. Nicolaum olim plebanum ecclesie in Semonicz cum dicto dom. Bartholomeo pro ecclesia in Starkow permutantem crida etc. A. D. 1393 XVI. Januarij.

**Semonicz.** Joh. Pomuk etc. Ad ecclesiam in Semonicz per resignacionem dom. Nicolai rectoris ex causa permutacionis factam vacantem, de consensu Pessiconis dicti Herink de Byelidl, Maynussij de Nezanoss et Bawari ibidem clientis dicte ecclesie patronorum, dom. Bartholomeum olim plebanum ecclesie in Starkow crida etc. Prage 1393 XVI. Januarij.

**Czechczicz.** Joh. Pomuk decretorum doctor etc. Ad presentacionem Prziechonis clientis de Czechsicz suo ac Stephani et Wilhelmi orphanorum filiorum strenui militis bone memorie Leonardi ibidem de Czesczicz nomine, nec non Hnyewconis de Hadieyow ad ecclesiam paroch. in Czesczicz per mortem dom. Johannis vltimi rectoris eiusdem vacantem, dom. Jocobum de Radessow presbyterum Prag. dioc. crida seu proclamacione etc. 1393 XX. Januarij.

**H. II. — Copicz.** A. D. 1393 die XXIV. Jan. data est crida cum commissione confirmacionis dom. Wenceslao olim altariste altaris beate Marie Virg. in capella St. Marie in preurbio Lippensi, ad ecclesiam parochl. in Copicz, ex causa



permutacionis cum dom. Johanne quondam plebano ecclesie in Copicz, de consensu Henslini dicti Ssadernicht de Copicz residentis in Zacz dicte ecclesie patroni, et deput. est sibi pro executore plebanus in *Czausch.*

**Zamberg.** 1393 XXVIII. Januar. data est crida cum commissione et confirm. dom. Mathie olim plebano ecclesie S. Georgij in Lhota Luthomislen. diocesis ad ecclesiam in Zamberg Prag. dioc., ex causa permutacionis cum dom. Johanne de consensu nobilis dom. Boczkonis de Cunstat alias de Podiebrad dicte ecclesie patroni. Deput. est sibi pro executore plebanus in *Choczna.*

**Wolfelsdorff.** Anno quo supra vltima Januarij data est crida cum commiss. et confirm. dom. Gregorio presbytero de Glacz Prag. dioc. ad ecclesiam parochl. in Wolfelsdorff per mortem domini Bartholomei rectoris eiusdem vacantem, ad presentacionem dom. Stephani dicti Poduska capitanei in Glacz, tutoris orphanorum Conradi de Glaubiz et Ottonis ibidem patronorum, pro executore deput. decanus Glacen. plebanus in *Hawelswerd.*

**Kyslingswald.** Anno quo supra vltima Januarij data est crida cum commis. confirmacionis Nicolao olim plebano ecclesie in Heinrichsdorff Wratislau. dioc. ex causa permutacionis cum dom. Arnoldo ad ecclesiam in Kyslingswald, de consensu Petri et Bernhardi fratrum de Podyntein et domine Hedwigis relicte Henrici de Glaubicz. Executor decanus Glacen. plebanus in *Hawelswerd.*

**Slakenwald.** Anno quo supra penultima Januar. data est crida cum commis. confirm. dom. Henrico capellano de Rysemburg alias de Beczow ad ecclesiam in Slakenwald per mortem dom. Francisci vacantem, ad presentacionem dicti dom. Borssonis, pro executore decanus *Zacensis.*

**Czestinkostel.** Joh. Pomuk etc. Ad presentacionem famosi Maynussij clientis de Zdebuziewess ad altare S. Procopij in ecclesia paroch. in Czestinkostel per resignacionem dom. Colmanni vacans, Blasium presbyterum de Budyegewicz Olomuc. dioc. crida etc. 1393 die III. Februarij.

**In Insula.** Joh. Pomuk etc. Ad presentacionem honorab. dom. Mstislai abbatis monasterij in Insula ordinis S. Benedicti ad ecclesiam parochl. S. Kyliani per mortem dom. Chwalonis vacantem, relig. fratrem Johannem professum eiusdem ordinis crida etc. Prage 1393 X. Febr.

**Krzieczhora.** Johannes Pomuk etc. Ad ecclesiam in Krzieczhora per resignacionem dom. Johan. Prassye ex causa permutacionis factam, de consensu honor. dom. Wenceslai Michalik nominati, rectoris altaris SS. Simonis et Jude Apo-

stolorum in ecclesia Prag. dicte ecclesie patroni, dom. Hrochonem olim plebanum S. Adalberti in Podskalo Pragensi crida etc. 1393 XIV. Febr.

**H. III. — In Podskalo.** Johannes Pomuk etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochl. S. Adalberti in Podskalo Pragen. per resignacionem Hrochonis vacantem, de consensu Nobilis viri dom. Alberti de Sternberg alias Conopistz dicte ecclesie patroni, honorabilem dom. Johannem Prassye olim plebanum ecclesie in Krzieczhora permutantem crida etc. A. D. 1393 die XIV. Februarij.

**Nyempczicz.** Joh. Pomuk etc. Ad presentacionem famosorum Johannis dicti Hroza de Wlhlaw et Prziechonis de Cziesticz clientum, ad capellaniam seu perpetuam missam in ecclesia parochl. in Nyempczicz de nouo dotatam et per nos in beneficium ecclesiasticum erectam, dom. Nicolaum presbyterum de Mnichowicz Prag. dioc. crida etc. 1393 XV. Febr.

**Bresnicz.** 1393 die XXVI. Febr. data est crida cum commiss. confirm. dom. Henrico olim plebano ecclesie in Lunkowicz Neumburg. dioc. ad ecclesiam in Bresnicz Prag. dioc., de consensu Nobilis Viti de Schomburg et dom. Gluchov dicte ecclesie in Bresnicz patroni. Deputatus pro executore plebanus in *Wolaw*.

**Welessin.** Anno quo supra die I. Marcij data est crida cum commiss. confirm. dom. Michaeli de Vsk super Albea capellano dom. Henrici de Rosemberg, ad ecclesiam parochl. in Welessin per mortem Bohdancij rectoris eiusdem vacantem, ad presentacionem dicti domini Henrici. Deputatus pro exec. decanus *Dudlebensis* plebanus in *Chrumponow*.

**In pulcro Monte.** Anno quo supra die I. Marcij data est crida cum commiss. cfirm. Prziechoni olim plebano ecclesie in Prawonyn ad ecclesiam in pulcro Monte ex causa permutacionis cum dom. Benessio, de consensu honorb. dom. Wenceslai decani ecclesie S. Egidij Prag. dicte ecclesie patroni. Deputat. pro exec. plebanus alias decanus *Lipnicensis*.

**Prawonyn.** 1393 die I. Marcij data est crida cum comiss. cfirm. dom. Benessio olim plebano in pulcro monte ad ecclesiam in Prawonyn ex causa permutacionis cum dom. Prziechone, de consensu Venerab. Johannis prepositi nec non tocius Conuentus Monasterij Lunouicensis ordinis Premonstratensis dicte ecclesie in Prawonyn patronorum, deput. pro executore decanus *Sczepanouiensis* plebanus ecclesie in *Suticz*.

**Slawatyn.** Anno quo supra die III. Marcij data est crida cum commiss. et confirm. honorb. et Religioso Sdeslao professo Monasterij Porte Apostolorum ordinis S. Benedicti ad ecclesiam parochl. in Slawatin per resignacionem fratris Nicolai vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem Venerab. dom. Busconis Abbatis Monasterij porte Apostolorum, pro executore plebanus in *Radimicz*. Datum Prage A. D. 1393 die 3. Marcij.



**Czegeticz.** Anno quo supra die IV. Marcij data est crida cum commiss. et cfirm. Jacobo presbytero de Waworow ad ecclesiam paroch. in Czegeticz per resignacionem dom. Buskonis vacantem, ad presentacionem famosorum Johannis de Czegeticz quondam de Mladieyouicz et Bohuslai dicti Sestrzenek de Czehnycz clientum. Deputatus pro execut. decanus *Wolinensis* plebanus in *Waworow*.

**Msecz.** Joh. Pomuk decr. doctor etc. Quod nos ad presentac. Nobilis dom. Herbordi de Colowrath tutoris orphanorum bone memorie domini Nicolai de Colowrath, ad ecclesiam paroch. in Msecz per mortem dom. Ottonis vacantem Georgium de Zacz presbyterum Prag. dioc. crida etc. A. D. 1393 die V. Marcij.

**H. IV. — Obrziestwye.** Joh. Pomuk etc. Notumfacimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem strenui dom. Johannis Militis de Obrziestwie ad altare S. Katherine in ecclesia paroch. ibidem in Obrziestwie de nouo dotatum et per nos in beneficium erectum ecclesiasticum, discr. dom. Andream presbyterum de Praga crida seu proclamacione premissa etc. 1393. die V. Marcij.

**Opatouicz.** Joh. Pomuk. decr. doctor. etc. Ad altare Corporis Christi in ecclesia S. Michaelis in Opatouicz noue ciuitatis Prag. per resignacionem dom. Nicolai rectoris eiusdem ex causa permutacionis, de consensu honorab. dom. Petri plebani ecclesie S. Michaelis predicte, nec non prouidorum virorum Harreri, Perchinerij et Kyclini ciuium dicte ciuitatis, tutorum orphanorum Wilhelmi bone memorie ciuis ciuitatis prescripte, videlicet Sigismundi, Katherine et Barbare dicti altaris patronorum, discr. virum Buzconem olim altaristam altaris SS. Philippi et Jacobi Apostolorum in ecclesia paroch. in Czestinkostel crida etc. 1393 die X. Marcij.

**Czestinkostel.** Joh. Pomuk. etc. Ad altare SS. Philippi et Jacobi Apostolorum in Czestinkostel per resignacionem dom. Buzconis rectoris eiusdem ex causa permutacionis vacans, de consensu dom. Colmanni rectoris parochl. ecclesie ibidem in Czestinkostel et Maynussij de Zdebuzewess fratrum germanorum patronorum dicti altaris SS. Philippi et Jacobi Apostolorum, dom. Nicolaum olim rectorem altaris Corporis Domini nostri Jesu Christi in ecclesia S. Michaelis in Opatouicz noue Ciuitatis Prag. crida 1393 die X. Marcij.

In **preurbio Lippensi.** Joh. Pomuk etc. Ad altare beate Marie Virg. in capella S. Marie in preurbio Lippensis ciuitatis per resignacionem Wenceslai vltimi rectoris ex causa permutacionis vacans, de consensu providorum Henczlini Weytmul Magistri ciuium et juratorum scabinorum ciuitatis in Lipa predicte dicti altaris patronorum, dom. Johannem de Duba olim plebanum ecclesie in Copicz cum dicto dom. Wenceslao pro altari antedicto permutantem crida etc. 1393 die vltima Januarij.

Ad Abbaciam Monasterij in **Cladrona.** Johannes Pomuk etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, cum Abbacia Monasterij Cladrubensis ordinis S. Benedicti Prag. diocesis nuper per mortem bone memorie dom. Raczconis, vltimi et immediati dicti Monasterij Abbatis vacauisset, honorabiles et Religiosi viri fratres Johannes prior, Johannes subprior, Leo prepositus, Johannes cantor, Zdeborius celerarius, Petrus infirmarius, Dyepoldus pitancearius Wernherus in Prziesticz, Johannes in Thuskow, Protywa in Wyeczow, Buzco sancte Katherine, Raczko in Possecznicz ecclesiarum et capellarum prepositi, Nicolaus, Zygardus, Martinus, Johannes Prziesticensis, Johannes Pragen., Sigismundus, Miroslaus, Johannes Kozczal, Raczko, Johannes capellanus, Henricus dyaconus, nec non totus conuentus Monaseterij Cladrubensis predicti, eleccione de futuro Abbate celebrata, prefatum dom. nostrum dom. Johannem Archiepiscopum Pragensem, et nos, cum decreto eleccionis sue, accedentes presenciam, eidem dom. Archiepiscopo et nobis humiliter supplicauerunt, ut cum ipsi honorab. et Religiosum virum dom. Olenum professum Monasterij et ordinis predictorum ydoneum in sacerdocio et in etate legitima constitutum, in regulari disciplina in spiritualibusque et temporalibus plurimum circumspectum, in Abbatem et pastorem Monasterij supradicti vno quasi ore et vna voce per formam inspiracionis Spiritus Sancti duxerunt eligendum, prout in decreto eleccionis ipsorum, quod coram dicto dom. nostro Archiepiscopo et nobis exhibuerunt, plenius vidimus contineri, quatenus eleccionem ipsam de persona predicta fratris Oleni canonice celebratam approbare et munus confirmacionis eidem electo, prout ad ipsius dom. Archiepiscopi et nostrum spectat officium, impendere dignaremur. Qui dom. Archiepiscopus attendens dictum Apostoli dicentis, nemini cito manum imponas, certum peremptorium terminum competentem coram se Prage aut ipso absente coram nobis assignauit et prefixit omnibus et singulis, qui sua crederent interesse, ipsosque citauit per peremptorium terminum ad eundem ad proponendum et dicendum, si quid contra predictum fratrem Olenum elec-



tum et ipsius eleccionem dicere et opponere vellent. Et cum in termino peremptorio ut premittitur, prefixo coram nobis Johanne Vicario predicto nullus appareret contradictor, qui se dicte eleccioni aut persone electe opponeret, dictorum fratrum et conuentus iustis et racionabilibus peticionibus inclinati, more solito crida seu proclamacione in ipso Monasterio iuxta sacrorum canonum instituta solempniter ac diligenti examine eleccionis et persone electe premissis, expectatis itaque omnibus citatis ad terminum supradictum ad debitam horam, et ipsis non comparentibus quoad actum huiusmodi contumacibus reputatis, ac pensatis singulis circumstancijs, que in talibus solent pensari, cum nullum canonicum impedimentum uel contradiccio obuians apparuerit, Dei nomine inuocato seruatis seruandis prescriptam eleccionem de persona fratris predicti ut premittitur canonice celebratam, auctoritate ordinaria confirmauimus et presentibus confirmamus, dictumque fratrem Olenum electum in Abbatem Monasterij (H. V.) Cladrubensis memorati prefecimus et preficimus presentibus in pastorem, curam et regimen ac administracionem plenam et liberam tam in spiritualibus et temporalibus committentes eidem. In cuius rei testimonium presentes literas confirmacionum per notarium publicum infrascriptum scribi et publicari mandamus, sigillique Vicariatus Archiepiscopatus Prag., quo ad presens vtimur, appensione iuissimus communiri. Datum et actum Prage in curia Archiepiscopali sita in Minnori Ciuitate Pragensi Anno Dom. MCCCLXXXXIII., Indiccione prima die decima mensis Marcij hora quasi terciarum, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et domini nostri domini Bonifacij diuina prouidencia Pape noni Anno quarto, presentibus honorabilibus et discretis viris dom. Woyslao plebano ecclesie in Miliczin Correctore Cleri diocesis Pragene, magistro Conrado de Braclis aduocato, Drzcone de Plesnicz procuratore generali Consistorij Curie Archiepiscopalis Pragene antedicte, Johanne dicto Orben de Miliczin, Andrea de Praga, Johanne de Hostuna, Nicolao de Lompnicz, Nicolao de Bruna, Jacobo de Tusta, Przibicone de Bor, Dominico de Budweis notarijs publicis et alijs multis testibus circa premissa fide dignis.

Et ego Johannes natus Frenlini de Duba clericus Pragene diocesis publicus Imperiali auctoritate notarius confirmacioni, commissioni, omnibusque alijs premissis vnacum prenominatis testibus presens fui, eaque per alium notarium scripta signo et nomine meis consuetis vnacum appensione sigilli Vicariatus Archiepiscopatus Prag. antedicti signaui et in hanc publicam formam redegi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

**Landek.** Anno quo supra die XI. mensis Marcij data est crida cum commissione confirmacionis dom. Nicolao olim plebano ecclesie in Hermannsdorff et rectori altaris S. Trinitatis in ecclesia S. Jacobi in Nyssa Wratislauiensis diocesis, ad ecclesiam parochialem in Landek Prag. dioc. ex causa permutacionis cum dom. Sigismundo, de consensu Stephani Poduska capitanei Glacensis auctoritate regia dicte ecclesie in Landek patroni. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Conradi Villa*.

**Mur.** Joh. Pomuk etc. Ad ecclesiam parochl. in Mur per resignacionem dom. Johannis vltimi rectoris ex causa permutacionis vacantem, dom. Johannem olim plebanum ecclesie in Sonow cum dicto Johanne pro ecclesia in Mur antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1393 die XIV. Marcij.

**Sonow.** Joh. Pomuk etc. Ad ecclesiam parochialem in Sonow per resignacionem dom. Johannis rectoris ex causa permutacionis in manibus nostris factam, per nos receptam et admissam vacantem, de consensu dom. Alssonis plebani in Syenomath, Johannis dicti Kumpannecz fratrum de Sanow, Hermanni de Czrnczicz residentis in Sanow, Johannis dicti Suchomel de Czrnczicz, Vlrici de Sanow et Petri de Sprimberg clientum dicte ecclesie in Sanow patronorum, Johannem olim plebanum ecclesie in Mur cum dicto dom. Johanne in Mur antedicta permutantem crida etc. Datum Prage 1393 die XIV. mensis Marcij.

**S. Nicolai Prag.** Johannes etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem prouidorum virorum Crucis Institoris ciuis maioris ciuitatis Prag., Johannis Wylburg de Wida prothonotarij maioris ciuitatis Pragen. predicte, Bohunconis Institoris et Henslini Vaysbosser ciuium ciuitatis predicte, in et ad altare sancte Crucis seu perpetuam missam ex testamento domine Hayle quondam vxoris Vanconis institoris de Benessow in ecclesia S. Nicolai in foro pullorum prescripte maioris ciuitatis Pragene, per mortem dom. Ludvici dicti Coyata vltimi rectoris vacans, in quo prefati ciues juspatronatus dinoscuntur obtinere, dom. Nicolaum Wulzak de Danzk magistrum in artibus presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1393 die XIV. Marcij.

**Seuetin.** Anno quo supra die 24. mensis Marcij data est crida cum commissione et confirmacione Wenceslao olim altariste altaris S. Vrbani in ecclesia Prag. ad ecclesiam parochialem in Seuetin ex causa permutacionis cum dom. Lidono plebano ipsius ecclesie, de consensu Serenissimi Principis dom. Wenceslai Roman. et Boemie Regis patroni dicte ecclesie in Sewetin. Executor plebanus ecclesie in *Bossylecz*.



**Poczepicz.** Nicolaus Puchnik licenciatus in decretis, Pragensis et Olomucensis ecclesiarum canonicus, Curie Archiepiscopalis Prag. Officialis, Reuerendissimi in Christo Patris et dom. Johannis S. Pragene ecclesie Archiepiscopi apostolice sedis Legati Vicarius in Spiritualibus generalis. Notumfacimus etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem Nobilis Purkardi de Janowicz et famosorum virorum Wolkerzonis, Leonardi, Odoleni et Dykonis clientum de Poczepicz, in et ad ecclesiam paroch. in Poczepicz per mortem dom. Przibiconis vacantem, discr. virum Jacobum presbyterum de Wolyna Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1393 die XXVI. Marcij.

**H. VI. — Meinholt.** A. D. 1393 die XII. Aprilis data est crida cum commissione confirmacionis dom. Wenceslao presbytero de Biela Prag. dioc. ad ecclesiam parochl. in Meinholt per mortem dom. Litwini vacantem, ad presentacionem Nobilis dom. Henrici de Rosemberg. Executor decanus Dudlebensis plebanus in *Chrumpnaw*.

**Tuczap.** Nicolaus Puchnik etc. Ad presentacionem famosi Conradi clientis de Tuczap ad ecclesiam paroch. in Tuczap per mortem dom. Pauli vacantem, dom. Johannem olim plebanum in Wolbramowicz presbyterum Prag. dioc. crida seu proclamacione premissa etc. Datum Prage 1393 die XIV. Aprilis.

**Vhrzienowicz.** Nicolaus Puchnik etc. Ad presentacionem nobilis dom. Pothe senioris de Czastolowicz in et ad ecclesiam paroch. in Vhrzienowicz per mortem dom. Nicolai vacantem, Nicolaum de Pilgreniss clericum Prag. dioc. crida etc. 1393 die XIV. Aprilis.

**Pssarz.** Nicolaus Puchnik etc. Ad ecclesiam in Pssarz per resignacionem dom. Johannis rectoris ex causa permutac. vacantem, de consensu honorab. dom. Wenceslai decani ecclesie S. Petri Wissegrad. prope Pragam, nullo medio ad Romanam curiam pertinentis, dicte ecclesie in Pssarz patroni, discretum dom. Nicolaum olim ministrum ecclesie Wissegrad. predicte cum dicto Johanne pro ecclesia in Pssarz antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1393 die XIV. Aprilis.

**Stranna.** Anno quo supra die XV. Aprilis data est crida cum commiss. et confirm. dom. Nicolao presbytero de Swyn ad ecclesiam paroch. in Stranna vacantem ex eo, quod Wenceslaus vltimus ipsius ecclesie rector aliud beneficium ecclesiasticum incompatibile pacifice est assecutus, presenta-

tus ad presentacionem Gamrathonis clientis de Zyrownicz, et fuit sibi pro executore plebanus in *Kamenicz*.

**Hrzedl.** A. D. 1393 die XV. Aprilis data est crida cum commiss. confirm. dom. Henrico Petri de Wsserub, presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Hrzedl, ad presentacionem dom. Wenceslai Rom. et Boemie regis, per resignacionem Nicolai in manibus dominorum Vicariorum factam. Executor plebanus ecclesie in *Lissan*.

**Ante letam curiam.** Nicol. Puchnik licenc. in decretis etc. Ad presentacionem honeste domine Anne conthoralis Hanse Luthomericensis ciuis maioris ciuitatis Prag. ad altare S. Johannis Bapt. in ecclesia S. Marie ante letam curiam eiusdem ciuitatis Prag. per mortem Johannis dicti Kompnicz vltimi rectoris, Nicolaum presbyterum de Praga crida etc. 1393 die XVI. Aprilis.

**Weltruss.** Nic. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Weltruss per resignacionem dom. Johannis rectoris eiusdem ex causa permutacionis vacantem, de consensu Venerab. et Religiosi dom. Gymrami prepositi, nec non tocius Conuentus Sanctimonialium Monasterij Doxanensis ordinis Premonstraten. dicte ecclesie in Weltruss patronorum, dom. Johannem dictum Czizek olim plebanum ecclesie in Desczna cum dicto dom. Johanne pro ecclesia in Weltruss antedicta permutantem crida. 1393 die XVII. Aprilis.

**Desczna.** Anno quo supra die XVII. Aprilis data est crida cum commiss. dom. Johanni olim plebano ecclesie in Weltruss ad ecclesiam in Deczna ex causa permutacionis cum dom. Johanne dicto Czizek, de consensu Nobilis dom. Henrici Berka senioris de Duba dicte ecclesie in Desczna patroni. Deputatus pro executore plebanus in *Medonoss*.

**H. VII. — Straz.** Anno quo supra die XVIII. Aprilis data est crida cum commiss. confirm. dom. Johanni olim plebano ecclesie in Sedlecz ad ecclesiam in Straz ex causa permutacionis cum dom. Przibicone, de consensu nobilis Przibiconis ibidem de Straz dicte ecclesie patroni. Deput. pro exec. decanus Chinouiensis plebanus in *Desczna*.

**Sedlecz.** Anno quo supra die XVIII. Aprilis data est crida cum commis. confirm. dom. Przibiconi olim plebano in Straz ad ecclesiam in Sedlecz ex causa permutacionis cum Johanne, de consensu Nobilis dom. Burgardi de Janowicz dicte ecclesie in Sedlecz patroni. Deput. pro exec. decanus Wltauiensis plebanus in *Miliczin*.

**Chotyeborz.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem nobilis dom. Hermanni de Chusnik ad ecclesiam paroch. in Chotiborz per mortem Jaxonis vacantem, dom. Georgium



Wenceslai de Hermanni ciuitate presbyterum Luthomyslen. crida seu etc. 1393 die XIX. Aprilis.

**Bossna.** Nicol. Puchnik. Ad presentacionem Strenui Militis Herssonis de Waleczow, nec non famosorum virorum Jostonis dicti Czrnecz, Johannis et Blahutonis clientum de Bossna, ad capellaniam in ecclesia parochiali ibidem in Bosna per prescriptos Militem et clientes de nouo dotatam et per nos in beneficium ecclesiasticum erectam, Mathiam de Duba presbyterum Prag. dioc. crida. 1393 die XXII. Aprilis.

**Czestincostel.** Anno quo supra die XXV. Aprilis data est crida cum commiss. Petro de Ledecz presbytero Prag. diocesis ad altare SS. Philippi et Jacobi Apostolorum in Czestincostel per mortem Nicolai vltimi rectoris eiusdem vacans, ad presentacionem famosi Maynussij de Stebuzewess clientis eiusdem altaris patroni. Deput. est sibi pro exec. plebanus in *Petrowicz*.

**Drzkow.** Anno quo supra die XXVI. Aprilis data est crida cum commiss. cfirm. fratri Johanni professo Monasterij sancte Crucis in Praga ordinis de penitencia beatorum Martirum sancti Augustini, ad presentacionem Venerab. et Relig. dom. Johannis prioris generalis ordinis predicti per resignacionem Andree vacantem. Executor plebanus in *Brodecz*.

**Zakup.** Anno quo supra die V. Maij data est crida cum commissione dom. Adalberto de Luzan presbytero Prag. dioc., ad ecclesiam parochialem in Zakup per mortem bone memorie dom. Petri, ad presentacionem Nobilis dom. Wenceslai de Wartemberg patroni dicte ecclesie, et deput. est sibi pro execut. plebanus in *Mimon*.

**Wlastiborzicz.** Anno quo supra die VII. Maij data est crida domino Wenceslao olim plebano in Vhoczan, ad ecclesiam in Wlastiborzicz ex causa permutacionis cum Alberto, de consensu famosi Cztiborij dicti Hradek de Wlastiborzicz eiusdem ecclesie patroni. Executor plebanus in *Sezemicz*.

**Vhoczan.** Anno quo supra die VII. Maij data est crida cum commis. et cfirm. dom. Alberto olim plebano in Wlastiborzicz ad ecclesiam in Vhoczan ex causa permutacionis cum Wenceslao, de consensu Nobilis dom. Henrici de Duba Magistri Curie dom. Wenceslai Rom. et Boemie Regis. Executor plebanus in *Zelina*.

**H. VIII. — Wsseborzicz.** Anno quo supra die VII. Maij data est crida cum commiss. dom. Thome olim plebano ecclesie in Luczicz ad ecclesiam Wsseborzicz ex causa permutacionis cum dom. Andrea de consensu Hrochonis Militis de Czablicz dicte ecclesie patroni. Executor plebanus ecclesie in *Borowsko*.

**Luczicz.** Nic. Puchnik. Ad ecclesiam paroch. in Luczicz per resignacionem dom. Thome rectoris eiusdem ex causa permutacionis vacantem, de consensu Vener. et Relig. Nicolai Abbatis Monasterij in Wilemow ordinis S. Benedicti dicte ecclesie patroni, dom. Andream olim plebanum ecclesie in Wsseborzicz permutantem crida etc. 1393 VII. Maij.

**Olbramouicz.** Nicol. Puch. etc. Ad presentacionem famosorum virorum Odoleni nati Odoleni, Pessiconis, Cunssonis, Prziechonis, Odoleni nati Bernhardi, Janconis et Dirzconis fratrum et clientum de Olbramouicz, ad ecclesiam parchl. ibidem vacantem ex eo, quod dom. Johannes rector ipsius aliud beneficium est assecutus, discr. Bohunconem de Chelczicz clericum Prag. dioc. crida etc. 1393 VIII. Maij.

**Kozogied.** Anno quo supra die XII. Maij data est crida cum commissione dom. Petro olim plebano ecclesie in Blathna ad ecclesiam in Kozogied ex causa permutacionis cum dom. Johanne, de consensu Nobilis dom. Alberti Colowrath de Krassow dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Wssiehrd.*

**Blathna.** Anno quo supra XII. Maij data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Cozoged ad ecclesiam parochl. in Blathna ex causa permutacionis cum dom. Petro, de consensu honorb. et Relig. Sdenconis mag. ordinis cruciferorum cum stella hospitalis in pede pontis Prag., nec non tocius conuentus hospitalis eiusdem dicte ecclesie patronorum, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Jechnicz.*

**Glathouia.** Nic. P. etc. Ad presentacionem honestorum virorum Andree Czilger, Henslini Grayner, Nicolai de Slawossouicz, Kore relicte Henslini brascatoris, Elizabeth relicte Emalechonis, Wenceslai dicti Fagus et Jacobi fratris ipsius Wenceslai ciuium de Glathouia, cum consensu et voluntate honor. dom. Henslini plebani ecclesie parochialis ibidem in Glathouia ad capellam S. Michaelis contiguam dicte ecclesie parochiali in Glathouia per mortem Vlrici rectoris ipsius vacantem, Martinum de Glathouia clericum Prag. dioc. crida etc. 1393 XIV. Maij.

**S. Stephani in Ribniczka.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem honorab. magistri Johannis Elie de Thin, rectoris Vniversitatis studij Prag., ad altare S. Wenceslai et aliorum patronorum Boemie Regni in ecclesia S. Stephani in Ribniczka noue ciuitatis Prag. per mortem dom. Johannis de Muelberg ipsius altaris rectoris vacans, in quo pref. magister Johannes Elie racione Rectoratus juspatr. dinosc. obtinere, honorab. magistrum Cristannum de Prachaticz magistrum in artibus crida etc. 1393 XXI. Maij.



**Cunczindorff.** Anno quo supra die XXI. data est crida cum commiss. dom. Casparo nato Johannis de Glacz, presbytero Prag. dioc. ad eccl. paroch. in Cunczindorff per mortem Martini rectoris, ad presentacionem famosorum Johannis de Bela, Thammonis, Johannis fratrum dictorum Czscherwicz, Bawir de Nymans et Johannis clientis de Reno dicte ecclesie patronorum. Pro exec. deput. plebanus in Hawelswerde decanus Glacensis.

**II. IX. — Wsseslaw.** Nic. Puchnik etc. Ad presentacionem Nobilis dom. Georgij de Rostok, Serenissime Principis et dom. dom. Zophie Rom. et Boemie Regine magistri curie ad ecclesiam paroch. in Wsseslaw per mortem Petri dom. Thomaskonem capellanum dicti Georgij crida etc. 1393 penultima Maij.

**Slappss.** Die III. Junij data est crida cum commiss. Jacobo de Beczow presbytero Prag. dioc. ad capellaniam in ecclesia paroch. in Slapss per dominam Dobrkam Kerkin relictam olim Martini Militis de Trnowa per dictam dom. Dobrkam dotatam et per nos in beneficium erectam. Executor plebanus ibidem in *Slapss.*

**Dyeczin.** Nic. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Dyeczin per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu Nobilis dom. Johannis de Wartemberg dom. in Dyeczin dicte ecclesie patroni, dom. Epifanum olim altaristam altaris S. Procopij in ecclesia S. Marie ante letam Curiam maioris ciuitatis Prag. cum Johanne predicto permutantem crida etc. 1393 III. Junij.

**Ante letam Curiam Prag.** Nicol. Puchnik etc. Ad altare S. Procopij in ecclesia S. Marie ante letam curiam maioris ciuitatis Prag. per resignacionem dom. Epifani rectoris ex causa permutacionis vacans, de consensu dom. Elizabeth relicte Vle dicte Rokyczener et Francisci filij ipsius ciuium dicte ciuitatis maioris Pragen. dicti altaris patronorum, Johannem olim plebanum ecclesie in Dyeczin cum dicto dom. Epifano pro altari predicto permutantem crida et. Datum Prage 1393 III. Junij.

**Sonow.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem honorab. et religiosi dom. Diuissij Abbatis Monasterij Brewnouiensis prope Pragam ordinis S. Benedicti ad ecclesiam in Sonow per mortem dom. Petri Johannem presbyterum de Grecz regine crida etc. 1393 die vltima Junij.

**Strharz.** Anno quo supra die VI. Junuij data est crida dom. Henslino olim plebano ecclesie in Mlinarz ex causa permutacionis cum Nicolao plebano olim in Strharz de consensu strenui militis dom. Petrowczonis de Libkowicz et famosi viri

Petri clientis de Strharz dicte ecclesie patronorum et fuit sibi pro executore plebanus in *Lubenecz*.

**Mlinarz.** Anno quo supra die VI. Junij data est crida dom. Nicolao olim plebano ecclesie in Strharz ad eccl. paroch. S. Johannis in Mlinarz ex causa permutacionis cum dom. Henslino olim plebano ecclesie in Mlinarz, de consensu prouidorum Jaclini diuitis, Thome, Purkardi et Nicolai Gebdonczeri ciuium de Zacz, dicte ecclesie patronorum. Executor deput. decanus Zacensis plebanus S. Marci in *Zacz*.

**Strazow.** Nic. Puchnik etc. Ad presentacionem Walkunonis de Adlar residentis in Wichnaw, Busconis de Opolka et Otticonis de Strazow clientum, ad ecclesiam paroch. ibidem in Strazow per mortem Hermanni rectoris vacantem, dom. Johannem de Strazow similiter presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1393 XIII. Junij.

**Longa villa.** 1393 die XIII. Junij data est crida cum commis. dom. Jacobo olim plebano ecclesie in Chaynowicz ad ecclesiam in Longa villa ex causa permutacionis cum Andrea, de consensu Witmari clientis et Wiskonis presbyteri fratrum ibidem in Longa villa patronorum. Deputatus pro exec. plebanus in *Petrouicz*.

**Chanowicz.** Anno quo supra die XIII. Junij data est crida cum commissione dom. Andree olim plebano ecclesie in Longa Villa ad ecclesiam in Chanowicz ex causa permutacionis cum Jacobo, de consensu Buzkonis clientis ibidem de Chanowicz eiusdem ecclesie patroni. Executor plebanus in maiori *Bor*.

**H. X. — Elnar.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Elnar per mortem Welislai vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem Strenui militis dom. Conradi de Elnar dicte ecclesie patroni, Nicolaum presbyterum de Casyegouicz crida etc. 1393 XIII. Junij.

**Mozierz.** Anno quo supra die XIII. Junij data est crida cum commissione dom. Hodiconi olim plebano ecclesie in Naklerzow ad ecclesiam paroch. in Mozierz ex causa permutacionis cum Conrado olim plebano in Mozierz, de consensu honorab. dom. Hildani de Longwicz canonici capelle regie in castro Karlstein, nec non famosorum virorum Wygandi et Dyepoldi fratrum ibidem de Longwicz dicte ecclesie in Mozierz patronorum. Executor decanus Vstensis plebanus in *Turmicz*.

**Naklerzow.** Anno quo supra die XIII. Junij data est crida cum commiss. et confirm. Conrado olim plebano ecclesie in Mozierz ad ecclesiam paroch. in Naklerzow ex causa permutacionis cum Hodicone olim plebano in Naklerzow, de



consensu honorab. dom. Hildani de Longwicz canonici capelle regie in castro Karlstein, nec non famosorum virorum Wigandi et Dyepoldi fratrum ibidem de Longwicz dicte ecclesie patronorum. Deputatus pro executore decanus Vsczensis plebanus in *Turmicz*.

**Mislewa.** Anno quo supra die XIX. Junij data est crida dom. Procopio olim plebano ecclesie in Chanowicz ad ecclesiam in Mislewa ex causa permutacionis cum Twrdkone, de consensu honorab. et rel. dom. Gerlaci Abbatis Monasterij in Pomuk ordinis Cistercien. dicte ecclesie patroni, et fuit sibi pro exec. plebanus in Minori *Bor*.

**Cathowicz.** Anno quo supra die XIX. Junij data est crida cum commiss. Twrdoni olim plebano ecclesie in Mislewa ad ecclesiam in Cathowicz ex causa permutacionis cum Procopio, de consensu Nobilis dom. Nicolai de Borotin dicte ecclesie patroni, et fuit sibi pro executore plebanus in *Prachna* deputatus.

**Horsicz.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem dom. Petri plebani ecclesie in Meczin et famosorum virorum Girziconis et Thome clientum de Horsicz, ad ecclesiam paroch. ibidem in Horsicz vacantem ex eo, quod dom. Georgius ipsius ecclesie plebanus seruatis seruandis per nos dicta ecclesia est priuatus, dom. Nicolaum presbyterum de Sicca crida seu proclamacione premissa etc. 1393 XXIII. Junij.

**Dobry.** Anno quo supra XXIII. Junij data est crida cum commissione Religioso fratri Martino professo Monasterij in sacro Campo ordinis Cistercien. Prag. dioc. ad presentacionem Venerab. et Religiosi Benedicti Abbatis Monasterij in S. campo antedicti, ad ecclesiam par. in Dobry per resignacionem fratris Laurencij rectoris eiusdem in manibus commissarij nostri factam et per ipsum auctoritate nostra receptam vacantem. Executor Wilhelmus plebanus in *Petrouicz*.

**Bossilecz.** Anno quo supra XXIII. Junij data est crida dom. Michaeli plebano ecclesie in Welessin ad ecclesiam in Bossilecz per mortem Mathie vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Rosemberg.

**Welessin.** Anno quo supra die — Junij data est crida dom. Johanni dicto Recziczka de Zdessow capellano nobilis dom. Henrici de Rosemberg, ad presentacionem eiusdem dom. Henrici ad ecclesiam in Welessin vacantem ex eo, quod dom. Michael rector eiusdem ecclesiam paroch. in Bossilecz per mortem dom. Mathie vacantem est assecutus. Executor decanus Dudlebensis plebanus in *Crumlow*.

**J. I. — Wolewczicz.** Nic. P. etc. Ad ecclesiam paroch. in Wolewczicz per resignacionem dom. Mathie rectoris

ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. et rel. Johannis Abbatis Monasterij in Ossek ord. Cistercien. Prag. dioc. dicte ecclesie patroni Jaxonem olim plebanum ecclesie in Chotyessow cum dicto Mathia pro ecclesia in Wolewczicz permutantem crida etc. 1393 XXVII. Junij.

**Chotyessow.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Chotyessow per resignacionem Jaxonis ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. et relig. dom. Gymrami prepositi Monasterij Doxanensis ordinis Premonstraten. Prag. dioc. dicte ecclesie patroni, dom. Mathiam olim plebanum in Wolewczicz cum dicto Jaxone pro ecclesia in Chotyessow permutantem crida etc. Datum Prage Anno D. 1393 XXVII. Junij.

**Horka.** Anno quo supra XXVIII. Junij data est crida dom. Johanni olim plebano ecclesie in Nasswrk Luthomyslen. dioc. ad ecclesiam in Horka ex causa permutacionis cum Marco de consensu Strenui Militis dom. Diuissij de Chlum dicte ecclesie patroni, et fuit sibi pro executore decanus Czaslauiensis plebanus in *Jenicow*.

**Slowenicz.** Anno quo supra XXVIII. Junij data est crida dom. Jaxoni presbytero de Lompnicz ad ecclesiam in Slowenicz ad presentacionem dom. Wenceslai Rom. et Boemie Regis per mortem dom. Nicolai vltimi rectoris vacantem. Exec. plebanus in *Lompnicz*.

**Slatyna.** Anno quo supra III. Julij data est crida dom. Conrado de Gybenstok presbytero Nuremburgen. diocesis ad ecclesiam paroch. in Slatyna per mortem Mathie vacantem ad presentacionem dom. Friderici de Schomburg. Executor plebanus in *Kymow*.

**S. Gastuli Prag.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem dom. Wenceslai Roman. et Boemie Regis, ad ecclesiam paroch. S. Gastuli maioris ciuitatis per mortem dom. Procopij vltimi rectoris vacantem, honorab. dom. Vlricum de Luticz capellanum prefati dom. Regis crida etc. Prage A. D. 1393 V. Julij.

**Branyssow.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem venerab. et relig. dom. Henrici Abbatis tociusque Conuentus Monasterij in Siloa ordinis Premonstraten. Prag. dioc., ad ecclesiam paroch. in Branyssow per resignacionem fratris Nicolai eiusdem vacantem, religiosum fratrum Wenceslaum dicti Monasterij professum crida etc. Datum Prage A. D. 1393 die V. Julij.

**Czrnocz.** Anno quo supra die VII. Julij data est crida dom. Nicolao olim plebano ecclesie in Komonyn ad ecclesiam paroch. in Czrnocz ex causa permutacionis cum Frenczlino, de consensu famosi viri Drslai clientis ibidem de Czrnocz patroni. Executor plebanus in *Sobyechleb*.



**Komonyn.** Anno quo supra 7. Julij data est crida dom. Frenczlino olim plebano ecclesie in Czrnocz ad ecclesiam paroch. in Komonyn ex causa permutacionis cum dom. Nicolao etc., de consensu famosi viri Johannis Luczczensdorff residentis in Prins patroni. Executor plebanus ecclesie in *Chwoyna*.

**J. II. — Trzebessow.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem honorab. et relig. Jacobi Prepositi tociusque Conuentus Monasterij canonicorum regularium in Jermiř ordinis S. Augustini ad ecclesiam paroch. in Trzebessow per mortem Benessij vacantem, dom. Petrum de Curia presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1393 die 7. Julij.

**Tepplissouicz.** Anno quo supra die 11. Julij data est crida cum commissione confirm. dom. Mauricio olim rectori altaris S. Nicolai ecclesie paroch. in Welessin ad ecclesiam in Teplissouicz, ex causa permutacionis cum dom. Petro, de consensu Przisnaconis Militis de Cozmicz dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Cozmicz*.

**Welessin.** Anno quo supra die 11. Julij data est crida dom. Petro olim plebano in Teplissouicz ad altare S. Nicolai in ecclesia paroch. in Welessin ex causa permutacionis cum dom. Mauricio, de consensu Nobilis dom. Henrici de Rosemberg dicti altaris patroni. Pro executore plebanus ibidem in *Welessin*.

**Thehow.** Nic. Puchnik etc. Ad ecclesiam parochialem in Thehow per resignacionem dom. Przedothe ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu Nobilis dom. Zdislai de Stermberg, Byethe relicte Hincziconis, Byethe relicte Conradi de Thehow patronorum, dom. Ogerium olim maiorem Mansionarium chori beate Marie Virginis in ecclesia Prag. cum dicto Przedotha pro ecclesia in Thehow permutantem crida etc. 1393 17. Julij.

**Stochow.** Nic. Puchnik etc. Ad presentacionem famosi viri Radslai clientis de Wlastislaw residentis in Stochow ad ecclesiam in Stochow per mortem Wenceslai dicti Michalik ipsius ecclesie rectoris vacantem, dom. Wilhelmum altaristam S. Anne in ecclesia Prag. etc. 1393 9. Julij.

**Swihow.** Nic. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Swihow per resignacionem dom. Andree rectoris ex causa permutacionis vacantem de consensu Nobilis dom. Brzenconis de Skala dicte ecclesie in Swihow patroni, dom. Slawiborium olim plebanum ecclesie in Luczim cum dicto Andrea pro ecclesia in Swihow permutantem crida etc. 1393 17. Julij.

**Luczim.** Nic. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Luczim per resignac. Slawiborij rectoris eiusdem ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosorum Stoymirij de Tupadl et Wilhelmi de Trubecz clientum patronorum, Andream olim plebanum ecclesie in Swihow cum dicto Slawiborio pro ecclesia in Luczim permutantem crida etc. 1393 17. Julij.

**Zmrzlicz.** Nic. Puchnik etc. Ad presentacionem famosi Rudigeri clientis de Morawicz alias de Zmrzlicz, ad ecclesiam paroch. in Zmrzlicz per mortem Alberti vacantem, Johannem de Merklin clericum Prag. diocesis crida etc. A. D. 1393 23. Julij.

**Radessicz.** Nic. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Radessicz per resignacionem dom. Jacobi ex causa permutacionis vacantem, de consensu Religiosi fratris Petri professi Monasterij Strahouiensis ord. Premonstrat. et Jenczonis clientis de Nouoryzemberk fratrum dicte ecclesie patronorum, dom. Vlricum olim plebanum in Coczielouicz cum dicto Jacobo pro ecclesia in Radessicz antedicta permutantem crida etc. 1393 26. Julij.

**S. Nicolai Prag.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem prouidi viri Nicolai Qwyetonis de Zacz ciuis maioris ciuitatis Prag., ad altare beate Marie Virg. in ecclesia S. Nicolai in foro pullorum dicte Maioris ciuitatis Prag. de nouo per prefatum Nicolaum dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, in quo pref. Nicolaus juspatr. dinosc. obtinere, Vlricum de Drachcow clericum Prag. dioc. crida etc. 1394 10. Julij.

**J. III. — Coczyelowicz.** Nicol. Puchnik etc. Ad eccles. in Coczyelowicz per resignacionem Vlrici rectoris eiusdem ex causa permutacionis vacantem, de consensu prefati Reuerend. dom. Johannis Archiepiscopi Prag. et Nobilium virorum Johannis de Wsk super Luznicz, Sdenconis de Rosental et Benessij de Horzouicz dicte ecclesie patronorum, Jacobum olim pleb. in Radessicz cum dicto Vlrico pro ecclesia in Coczielowicz permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1393 26. Julij.

**Slapss.** Anno quo supra 28. Julij de mandato dom. Nicolai Puchnik Vicarij in Spiritualibus prescripti data est crida cum commiss. dom. Petro Michaelis de Lewin presbytero Prag. dioc. ad capellaniam in ecclesia paroch. in Slapps de nouo dotatam et per ipsum dom. Nicolaum Vicarium in beneficium ecclesiasticum erectam, ad presentacionem domine Dobrcze de Korkin relicte dom. Martini Militis de Trnowa et Odoleni clientis de Pissel. Exec. plebanus ibidem in *Slapss.*



**Lhota.** Anno quo supra die penultima Julij data est crida cum commiss. dom. Procopio de Trzebestowicz ad ecclesiam paroch. in Lhota per mortem Nicolai vacantem, ad presentacionem Nobilis dom. Boczkonis de Kunstat alias de Podyebrad. Pro executore plebanus in *Konawitz.*

**Strogeticz.** Anno quo supra die 1. Augusti data est crida Johanni olim altariste altaris S. Wenceslai et perpetuo Vicario ecclesie Wissegrad. prope Pragam ad ecclesiam in Strogeticz ex causa permutacionis cum Drzcone, de consensu famosorum Ziffridi de Strogeticz, Johannis dicti Stebnak de Stebno et Wilhelmi de Pieczkouicz clientum dicte ecclesie patronorum. Exec. plebanus in *Oczihow.*

**Przibram.** Nicolaus Puchnik etc. Ad presentacionem prouidi Johannis dicti Rubass judicis in Przibram ad altare Corporis Christi et beate Marie Virginis in ecclesia parochiali S. Jacobi ibidem in Przibram de nouo per dictum Johannem dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, dom. Petrum natum Michaelis ibidem de Przibram presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1393 1. Augusti.

**Waltierzow.** Nic. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Waltierzow per resignac. Prziethonis vltimi rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. et Religiosorum Ziffridi prioris, nec non tocius conuentus Monasterij fratrum Heremitarum in Piwonia ordinis S. Augustini patronorum, Johannem olim perpetuum Vicarium in ecclesia paroch. in Chudienicz cum dicto Prziethone pro ecclesia in Waltierzow predicta permutantem crida etc. A. D. 1393 die 4. Augusti.

**Chudienicz.** Nicol. Puchnik etc. Ad perpetuam Vicariam in ecclesia paroch. in Chudienicz per resignacionem Johannis ex causa permutac. vacantem, de consensu dom. Thome plebani ecclesie ibidem in Chudienicz, nec non famosorum virorum Czrnyenonis et Johannis clientum fratrum ibidem de Chudienicz dicte Vicarie patronorum, Prziethonem olim plebanum in Waltierzow cum dicto dom. Johanne pro Vicaria antedicta permutantem crida etc. 1393 4. Augusti.

**Alto-Vgezd.** Anno quo supra 4. Augusti data est crida Stephano presbytero de Dymokur ad ecclesiam in Alto Vgezd ex eo, quod dom. Joh. olim plebanus ibidem aliud beneficium est assecutus vacantem, deputatusque est sibi pro exec. plebanus in Luzan, et hoc ad presentacionem Otikonis clientis de Drziewnicz et Witkonis plebani ecclesie in Radim etc.

**Nyempczicz.** Anno quo supra die 7. Augusti data est crida dom. Andree nato Fridlini de Pieska presbytero Prag. dioc. ad capellaniam perpetuam in Nyempczicz per resignac.

dom. Crucis rectoris vacantem, ad presentacionem famosi viri Johannis dicti Hroza clientis de Wlhlaw, et fuit sibi pro exec. plebanus in *Pisstin* deputatus.

**Styeth.** Nic. Puchnik licenc. etc. Ad ecclesiam paroch. in Styeth per resignacionem Nicolai ex causa permutacionis vacantem, de consensu dom. Wenceslai Rom. et Boemie Regis dicte patroni, Epiphanum olim plebanum ecclesie in Massowicz Olomuc. dioc. cum dicto Nicolao pro ecclesia in Styeth permutantem crida etc. 1393 14. Augusti.

**J. IV. — Wrutek.** A. D. 1393 die 17. Augusti data est crida dom. Clementi olim plebano ecclesie in Rotemberg Pambergen. diocesis, ad ecclesiam paroch. in Wrutek Prag. dioc., ex causa permutacionis cum Nicolao de consensu Venerab. et Relig. dom. Busconis Abbatis Monasterij in porta Apostolorum ordinis S. Benedicti dicte ecclesie in Wrutek patroni. Executor plebanus in *Buskowicz.*

**Schonow.** Anno quo supra die 23. Augusti data est crida dom. Friderico olim plebano ecclesie in Rothnwasser Missnen. dioc. ad ecclesiam in paruo Schonow ex causa permutacionis cum Luca de consensu Nicolai plebani ecclesie in Groth dicte ecclesie in Schonow patroni. Executor plebanus seu commendator in *Zittauia.*

**Henrici Villa.** Anno quo supra die 23. Augusti data est crida dom. Luce, ad ecclesiam in Henrici Villa ex causa permutacionis cum Nicolao, Nobilis viri dom. Wilhelmi de Donyn et dom. in Roymund pro ecclesia in Rothwasser Missnen. dioc. Executor plebanus in *Craczawia.*

**Blizkow.** Nicolaus Puchnik etc. Ad presentacionem honeste domine Kuncze relicte olim Wenceslai clientis de Kozogied et Czenconis Militis de Slawosczicz ad ecclesiam parochialem in Blizkow vacantem ex eo, quod dom. Henricus rector ipsius aliud beneficium est assecutus, in qua prenominati Kunka et Czenco pro equali porcione juspatr. dinosc. obt., Jacobum presbyterum Prag. dioc. crida etc. A. D. 1393 die 5. Julij.

**S. Marie in Praga.** Nicol. Puchnik etc. Ad altare beatorum Apostolorum situm in ecclesia sancte Marie Virg. ante letam curiam Maioris ciuitatis Prag. per resignacionem honor. dom. Nicolai Gauheri dicti altaris vltimi rectoris, ex causa permutacionis vacans, de consensu prouidi Wenceslai dicti Stuk alias Kolpisko ciuis eiusdem Maioris ciuitatis Prag. dicti altaris patroni, Venerab. dom. Wenceslaum decanum ecclesie S. Petri Wyssegrad. prope Pragam olim altaristam altaris S. Gothardi in ecclesia Prag. cum dicto dom. Nicolao permutantem crida etc. 1393 6. Septembris.



**Zamberg.** Die 15. Septembris data est crida cum commissione confirm. Procopio presbytero de Wlkanecz vacantem per mortem dom. Mathie rectoris de cons. Nobilis dom. Boczkonis de Cunstat dicte ecclesie patroni. Datus est sibi pro executore plebanus in *Ribna.*

**Lobkowicz.** Nic. P. etc. Ad present. Nobilis dom. Johannis dicti Czuch de Zasada residentis in Lobkowicz, Mareskalci Serenissimi Principis dom. Wenceslai Roman. et Boemie Regis semper augusti, ad ecclesiam paroch. ibidem in Lobkowicz, Johannem natum Nicolai de Trzebon presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1393 17. Septembris.

**Nymburga.** Nic. P. etc. Ad presentac. Reverendissimi dom. Johannis Archiepiscopi prescripti et Nobilis dom. Pauli de Genczensteyn domini in Stara, nec non Venerab. dom. Wenceslai de Genczensteyn fratrum germanorum, ad altare beate Marie Virg. in ecclesia paroch. in Nymburga per mortem Przibiconis dicti Vrban vacans, dom. Duchconem presbyterum de Welwaro Prag. dioc. crida etc. 1393. 20. Septembris.

**Miliczow.** Nic. P. etc. Ad presentac. Nobilis dom. Alberti de Colowrat ad ecclesiam paroch. in Miliczow per mortem Frenczlini vacantem, Habardum de Miecholup presbyterum Prag. dioc. crida etc. Datum anno quo supra die 20. Septembris.

**I. V. — Bukowin.** Die 26. Septembris data est crida cum commiss. confirm. ad ecclesiam paroch. in Bukowin vacantem per mortem dom. Benessij rectoris eiusdem dom. Petro presbytero de Porta Apostolorum Prag. dioc., ad presentacionem honeste Jonosithe relicte olim Hrochonis ibidem de Bukowin et Hrochonis filij ipsius. Executor plebanus in Zdyár decanus *Cadanensis.*

**Bylzka.** Die vltima Septembris data est crida cum commiss. confirm. ad ecclesiam paroch. in Bilzka vacantem per mortem dom. Johannis rectoris eiusdem, dom. Paulo de Robecz presbytero Prag. dioc., ad presentac. famosi Raczkonis dicti Odranecz de Drahonicz. Executor plebanus in Baworow decanus *Volinensis.*

**Antiqua Trutnouia.** Nic. Puchnik etc. Ad presentac. Reuerendi dom. Johannis Episcopi Lubucen. administratoris bonorum Monasterij Sderasiensis in Praga, ad ecclesiam paroch. in antiqua Turnowia per mortem Petri vacantem, in qua pref. dom. Johannes racione administracionis predicte juspatr. din. obt., Nicolaum de Zagano clericum Wratislau. dioc. crida etc. 1393 2. Octobris.

**Zehun.** Nic. P. etc. Ad presentacionem Cztiborij dicti Lisska Millitis dicti Syrotek clientis et domine Seme vidue

de Zehun ad ecclesiam paroch. ibidem in Zehun per mortem Wenceslai vacantem, Petrum de Vrchlab presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1393 3. Octobris.

**Groth et Grefensteyn.** Die 3. Oct. data est crida cum commiss. confirm. dom. plebano ecclesie paroch. in Baldramsdorff ad capellaniam beate Marie Virg. in Groth et beate Barbare Virg. sub castro Grefensteyn ex causa permutacionis vacantem, nobilis viri Henrici de Donyn alias de Grefensteyn dictarum capellaniarum patroni. Executor decanus Zittauiensis plebanus ecclesie in *Odrwicz.*

**Kruppa.** Anno quo supra die 4. Octobris data est crida dom. Otticoni presbytero olim plebano ecclesie in Lethouicz Olomuc. dioc. ex causa permutacionis cum dom. Petro plebano in Kruppa Prag. dioc., de consensu Jesconis Senioris de Summerburg et Johannis filij ipsius. Executor decanus Brodensis plebanus ecclesie in *Byela.*

**Rychnow.** Anno quo supra die 7. Octobris data est crida dom. Nicolao olim plebano ecclesie in Rzedicz Luthomysl. dioc. ex causa permutacionis cum dom. Mathia altarista altaris SS. Felicis et Adaucti in ecclesia paroch. in Richnow Prag. dioc., de consensu Strenui Militis Theodrici ibidem de Richnow patroni. Executor plebanus ibidem in *Richnow.*

**Zaluzan.** Nic. Puch. Ad presentac. famosi Cztiborij clientis de Nechanicz ad ecclesiam paroch. in Rzitonicz per mortem Martini vacantem, Wenceslaum natum Drhe de Zaluzan clericum Prag. dioc. crida etc. 1393. 6. Octobris.

**Striczicz.** Die 10. Octobris data est crida dom. Martino plebano ecclesie in Ktyss ex causa permutacionis cum Nicolao plebano in Striczicz, de consensu Venerabilis Otticonis Abbatis Monasterij Altiuaden. ordinis Cistercien. Executor plebanus in *Nyempczicz.*

**J. VI. — Ktyss.** Die quo supra data est crida etc. Nicolao plebano ecclesie in Striczicz ad ecclesiam paroch. in Ktyss ex causa permutacionis cum Martino plebano ecclesie in Ktyss, de consensu Venerab. Arnoldi Abbatis Monasterij S. Corone Ordinis Cistercien. Executor plebanus in *Engelwerth.*

**Boymicz.** Nic. Puch. etc. Ad ecclesiam in Boymicz per resignacionem Alberti ex causa permutacionis, de consensu famosi viri Petri dicti Boymiczka clientis ibidem in Boemicz dicte ecclesie patroni, Benessium olim plebanum in Wlinawess cum prefato Alberto plebano permutantem crida etc. 1393 15. Octobris.

**Wlinawess.** Nic. P. etc. Ad ecclesiam in Wlinawess per resignacionem ex causa permutacionis vacantem de consensu Smilonis clientis ibidem de Wlinawess patroni, dom. Albertum olim plebanum ecclesie in Boemicz crida seu etc. 1393 15. Octobris.



**Nouacolonia.** Nic. P. etc. Ad ecclesiam paroch. in Nouacolonia per resignacionem dom. Martini rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu dom. Wenceslai Roman. et Boemie etc. Petrum Lawterbach olim plebanum ecclesie in Policzka Luthomislen. diocesis et Canonicum prebendatum ecclesie S. Appollinaris Pragen. premutantem crida etc. 1393 17. Octobris.

**S. Appolinaris Prag.** Nic. Puchnik etc. Quod nos in et ad canonicatum et prebendam in ecclesia S. Appollinaris Prag., quos dom. Petrus Lauterbach vltimus ipsorum rector obtinebat, per resignacionem ipsius ex causa permutacionis vacantes, de consensu dom. Johannis Prag. Archiepiscopi dictorum canonicatus et prebende patroni, honorab. dom. Martinum olim plebanum ecclesie in Nouacolonia cum dom. Petro pro eisdem permutantem, rectorem legitimum instituimus et canonicum, ipsumque de predictis canonicatu et prebenda inuestiuimus et presentibus inuestimus, ipsum ad dictos canonicatum et prebendam transferentes. In cuius rei etc. 1393 17. Octobris.

**S. Galli Prag.** Nic. Puchnik etc. Ad altare S. Erasmi in ecclesia S. Galli Maioris ciuitatis Prag. per resignacionem dom. Alberti eiusdem altaris rectoris ex causa permutacionis vacans, de consensu famosi Martini Rotlev de Kolodyeg dicti altaris patroni, dom. Przibiconem olim plebanum in Vgezd cum dicto Alberto permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1393 22. Octobris.

**Vgezd.** Nicolaus Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Vgezd per resignacionem Przibislai rectoris eiusdem vacantem, de consensu Reuerendi in Christo Patris dom. Joh. episcopi Lubicen. gubernatoris Monasterij Sderasien. in Praga, racione gubernacionis Monasterij antedicte patroni, Albertum olim rectorem altaris S. Erasmi in ecclesia Prag. cum Przibislao plebano ibidem permutantem crida etc. A. D. 1393 22. Octobris.

**Ad Archidiaconatum Zacensem in ecclesia Pragensi.** Nicol. Puchnik etc. Quod nos in et ad Archidiaconatum Zacens. in ecclesia Prag. per resignacionem honorabilis dom. Johannis Mnislaw vltimi et immediati ipsius Archidiaconatus rectoris ex causa permutacionis vacantem, ex speciali mandato Sanctissimi in Christo Patris et domini Bonifacij Pape IX., prout in literis eiusdem dom. Pape desuper confectis plenius continetur, ac de consensu Reuerend. dom.

Joh. Archiepiscopi supradicti, cuius Archidiaconatus collacio seu queuis alia disposicio ad eundem Archiepiscopum jure ordinario noscitur pertinere, honor. dom. Martinum olim scolasticum ecclesie sancte Crucis in Wratislauia cum dicto Johanne pro Archidiaconatu predicto permutantem crida etc. 1393 24. Octobris.

**Dymokur.** Nic. Puchnik etc. Ad presentacionem famosi Jacubini clientis de Dymokur ad ecclesiam paroch. in Dymokur per mortem Velislai vacantem, Thomam presbyterum de Drahonow Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1393 27. Octobris.

**Miletyn.** Nic. Puchnik etc. Ad presentacionem honorab. et Relig. viri Johannis de Moelheyn prouincialis per Boemiam et Morauiam fratrum Theutonicorum ordinis S. Marie, in et ad ecclesiam paroch. in Miletyn per mortem Mixiconis vacantem, honorab. fratrem Franciscum ordinis S. Marie de domo Theutonica crida etc. Datum Prage A. D. 1393 die vltima Octobris.

**J. VII. — Wrchlab.** Nicol. Puchnik etc. die vltima Octobris data est crida cum commiss. confirm. Swathoni presbytero de Sobotka ad ecclesiam paroch. in Wrchlab ex eo, quod dom. Petrus ipsius ecclesie rector aliud beneficium assecutus, ad presentacionem strenui Militis Petri ibidem in Wrchlab dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in inferiori *Brenna*.

**Craczouia.** A. D. 1393 die 12. Nouembris data est crida per dom. Nicolaum Puchnik Vicarium in Spiritualibus dom. Nicolao presbytero de Grefensteyn Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Craczouia, per mortem dom. Pauli vacantem, ad presentac. Nobilis dom. Henrici de Donyn alias de Grefenstein. Executor plebanus in *Groth.*

**Vsk super Albea.** Nicol. Puchnik etc. Notum facimus tenore presencim vniuersis, quod nos in et ad ecclesiam paroch. S. Marie in Vsk super Albea per resignac. honorab. Benessij ex causa permutacionis vacantem, de consensu dom. Wenceslai Roman. et Boemie Regis, honorab. Hermannum olim canonicum prebendatum ecclesie S. Appollinaris Prag. cum dicto Benessio pro ecclesia in Vsk permutantem crida etc. 1393 14. Nouembris.

**S. Appollinaris Prag.** Nicol. Puchnik etc. Ad canonicatum et prebendam in ecclesia S. Appollinaris per resignacionem dom. Hermanni rectoris eorumdem ex causa permutacionis vacantes, de consensu dom. Johannis Archiepiscopi Prag., honorab. dom. Benessium olim plebanum ecclesie S.



Marie in Vsk super Albea cum dicto dom. Hermanno permutantem crida etc. 1393 14. Nouembris.

**Wsseborzicz.** Ad presentacionem famosorum Henrici senioris et Henrici junioris clientum de Wsseborzicz et dom. Stiborij plebani in Radowiessicz tutoris Slawathe orphani ibidem de Wsseborzicz, ad ecclesiam paroch. in Wsseborzicz per mortem Johannis vacantem, dom. Johannem de Bohdanecz presbyterum Pragen. crida etc. Datum Prage A. D. 1393 14. Nouembris.

**Skwrnyew.** Ad presentac. et peticionem honorabilis Petri Abbatis Monasterij S. Procopij in Sazawa ord. S. Benedicti ac famosorum virorum Maynussij de Lhota, Johannis, Buskonis et Henrici de Skwrnyew ad ecclesiam in Skwrnow per mortem Bohunconis vacantem, Cztiborium de Ratyenicz crida etc. 1393 21. Nouembris.

**Lippa.** Die XIV. mens. Nouembris data est crida Henrico olim plebano in Nahorziedczicz pro altari predicto cum Johanne olim rectore ipsius ex causa permutacionis vacante, deputatusque est sibi pro executore plebanus ibidem in Lippa, de consensu prudentum virorum Nicolai Flug Magistri ciuium et juratorum Scabinorum ciuitatis Lippensis.

**Luthomericz.** Nic. Puchnik etc. Ad presentacionem Alberti Nugriner, Agnetis filie olim Nicolai, Francisci dicti Rutharth ciuium de Luthomericz ac Anne relicte quondam Wenceslai de Wscz ad altare S. Nicolai in ecclesia OO. SS. in Luthomericz per mortem Johannis vacans, Nicolaum presbyterum de Ducczaw Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1393 penultima Nouembris.

**Luthomericz.** Johannes Kbel etc. Quod nos ad presentacionem prouidorum Templiconis, Mathie dicti Pohan et Ruthardi ciuium in Luthomericz, ad altare S. Andree in ecclesia Omnium Sanctorum ibidem in Luthomericz per mortem dom. Johannis rectoris ipsius vacans, Wenceslaum presbyterum ibidem de Luthomericz crida etc. 1393 3. Decembris.

**Sopot.** Anno quo supra die 4. Decembris data est crida Mathie presbytero de Chotyeborz ad ecclesiam in Sopot per mortem Nicolai, ad presentacionem famosi Stanconis de Dolan clientis dicte patroni. Exec. plebanus in *Chotyebor*.

**J. VIII. — Plana.** A. quo supra die 4. Decembris data est crida per dom. Joh. Kbel decretorum doctorem Vicarium in Spiritualibus dom. Johanni plebano olim in Vgezd alias in Sitborz ad ecclesiam paroch. in Plana ex causa permutacionis cum dom. Henrico, de consensu Nobilis domine Agnetis consortis Nobilis dom. Borziwogij de Swinar alias de Plana eiusdem ecclesie patrone. Exec. plebanus in *Otin*.

**Vgezd alias Sytborz.** Anno quo supra die 4. Decemb. data est crida per dom. Joh. Kbel Vicarium in Spiritualibus dom. Henrico olim plebano ecclesie in Plana ad ecclesiam paroch. in Vgezd alias in Sytborz ex causa permutacionis cum Johanne olim plebano in Plana, de consensu Sezeme de Stytarz residentis in Vgezd dicte ecclesie patroni. Pro exec. plebanus in *Horssow*.

**Czihostz.** Joh. Kbel etc. Anno quo supra 5. Decemb. data est crida Przidothee olim maiori Mansionario chori beate Marie Virg. ad ecclesiam paroch. in Czihostz ex causa permutacionis cum Paulo olim plebano in Czihostz vacantem, de consensu famosi viri Johannis clientis de Czihostz. Pro exec. plebanus in *Ledecz*.

**Magna Villa.** Anno et die quo supra data est crida etc. Johanni capellano Nobilis dom. Henrici de Duba ad ecclesiam paroch. in Magna Villa per mortem Mathie vacantem, ad presentacionem prefati dom. Henrici dicte ecclesie patroni. Exec. plebanus in *Buscowicz*.

**Wodnano.** Anno quo supra die 5. Decemb. data est crida dom. Jenissio olim plebano ecclesie in Selacouicz et canonico prebendato ecclesie S. Appollinaris Prag. ad ecclesiam paroch. in Wodnano ex causa permutacionis cum Hincone, de consensu Wenceslai Roman. et Boemie Regis. Exec. plebanus in *Chelczicz*.

**In Insula Pragensi.** Joh. Kbel etc. Ad ecclesiam S. Petri in Insula sub ponte Prag. per resignacionem dom. Odoleni ex causa permutacionis vacantem, de consensu Joh. Archiepiscopi Prageni patroni, Nicolaum olim plebanum ecclesie in Zlyw cum dicto Odoleno permutantem, crida seu etc. 1393 9. Decembris.

**Zlyw.** Joh. Kbel etc. Ad ecclesiam paroch. in Zlyw per resignacionem dom. Nicolai ex causa permutacionis vacantem, de consensu Johannis dicti Drstka clientis, nec non domine Zdene relicte quondam Petri dicti Pomazanka et Petronelle vidue ibidem de Zlyw, Odolenum olim plebanum ecclesie S. Petri in Insula sub ponte Prag. cum dicto Nicolao permutantem crida etc. 1393 9. Decembris.

**Selakowicz.** Joh. Kbel etc. Ad ecclesiam paroch. in Selakowicz per resignac. Jenissij vacantem, de consensu famosi Alberti dicti Camerer ciuis maioris ciuitatis Prag. dicte ecclesie patroni, Hinconem olim plebanum ecclesie in Vodna cum Jenissio olim canonico prebendato ecclesie S. Appollinaris Prag. et plebano ibidem in Selacowicz permutantem crida etc. 1393 10. Decembris.



**S. Appollinaris Prag.** Joh. Kbel etc. Ad canonicatum et prebendam ecclesie S. Appollinaris Prag. per resignac. dom. Jenissij ex causa permutacionis vacantes, de consensu dom. Johannis Archiepiscopi Prag. dictorum canonicatus et prebende collatoris, honorab. dom. Hinconem olim plebanum ecclesie in Vodnano cum dicto Jenissio permutantem crida etc. 1393 10. Decembris.

**J. IX. — Drchlauia.** Anno quo supra die 15. Dec. data est crida Henrico olim altariste altaris S. Marie in capella beate Marie Virg. prope Lipam ad ecclesiam in Drchlauia, ex causa permutacionis cum dom. Wenceslao, de consensu Nobilis dom. Henrici dicti Berka de Duba dicte ecclesie patroni. Exec. plebanus in *Pawlowicz*.

**S. Marie prope Lipam.** Anno quo supra die 15. Decembris data est crida dom. Wenceslao olim plebano ecclesie in Drchlauia ad altare beate Marie Virg. in capella S. Marie prope Lypam ex causa permutacionis cum Henrico olim rectore altaris eiusdem, de consensu Nicolai Pluch Magistri ciuium et juratorum Scabinorum Ciuitatis Lippensis dicti altaris patronorum, deputatusque est sibi pro exec. plebanus in *Lipa*.

**Letow.** Die 19. Decembris data est crida cum commis. confirm. ad ecclesiam paroch. in Letow Nicolao presbytero de Zacz per mortem dom. Procopij, de consensu Nobilis dom. Henrici de Duba regalis curie magistri. Executor plebanus in *Busscowicz*.

**S. Kyliani in Insula.** Anno quo supra die 20. Decembris data est crida Religioso viro Bohuslao professo Monasterij in Insula ordinis S. Benedicti ad ecclesiam paroch. S. Kyliani prope Monasterium, per resignacionem Johannis dicti Podrawecz, ad presentacionem Mstyslai Abbatis dicti Monasterij Insulen. patroni dicte ecclesie. Executor plebanus in *Wrany*.

**Zacz.** Anno quo supra die penultima Decembris data est crida Johanni presbytero de Zacz ad ecclesiam paroch. S. Nicolai in preurbio Zacensi, per mortem Prziethonis vacantem, ad presentacionem honorab. et religiosi Johannis Abbatis in Ossyek dicte ecclesie patroni, deputatus est sibi pro exec. plebanus S. Martini in *Suburbio Zacensi*.

**Nymans.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem Nobilium dom. Johannis, Wenceslai, Petri, ceterorumque fratrum ipsorum de Wartemberg ad ecclesiam paroch. in Nymans per mortem Nicolai vacantem, honorab. Cunykonem de Boyssicz rectorem altaris S. Georgij in ecclesia Boleslauiensi crida etc. 1393 21. Decembris.

**Nahorziedczicz.** Nicolaus Puchnik etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod in et ad ecclesiam parochialem in Nahorziedczicz per resignacionem dom. Henrici vlt. et immed. rectoris eiusdem, ex causa permutacionis in manibus nost. factam, per nos receptam et adm. vacantem, de consensu famosorum virorum Wladonis, Peregrini, Ogerij clientum de Ocziedielicz, et Nicolai clientis ibidem de Nahorziedczicz dicte ecclesie patronorum, Johannem de Duba olim rectorem altaris S. Marie Virginis in capella beate Marie preurbij Lippensis cum dicto Henrico purmutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1393 die 24. Nouembris.

**Lobkowicz.** Nicolaus Puchnik etc. Ad peticionem et presentac. Nobilis dom. Johannis dicti Czuhh de Zasada residentis in Lobkowicz, ad altare S. Katherine in ecclesia paroch. ibidem in Lobkowicz per prefatum dom. Czuch dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum, in quo prefatus dom. Johannes juspatr. dinoscitur obtinere, dom. Jacobum de Clumyn presbyterum Pragensis diocesis crida etc. Datum Prage A. D. MCCCLXXXXIII. die secunda mensis Octobris.

---

## Libri V. Annus 1394.

**J. IX. — Rtyn.** Johannes Kbel etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem famosorum Vlrici et Cunadi clientum de Rtyn in et ad ecclesiam parochialem in Rtyn per mortem dom. Martini vltimi et immediati rectoris ipsius vacantem, in qua prefati clientis juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum virum dominum Petrum presbyterum de Teplicz crida etc. Datum Prage A. D. 1394 die 3. Januarij.

**Lippa.** Anno quo supra die 22. Januarij data est crida cum commissione confirmacionis domino Zdenoni olim plebano ecclesie in Oken, ad altare S. Marie Virg. in capella beate Marie Virg. preurbij Lippensis, ex causa permutacionis cum dom. Wenceslao olim rectore altaris eiusdem vacans, de consensu famosorum virorum Magistri ciuium et juratorum scabinorum ciuitatis Lippensis, deputatusque est sibi pro executore plebanus ibidem in *Lipa.*

**Oken.** Anno et die quo supra data est crida cum commis. confirm. dom. Wenceslao olim rectori altaris suprascripti ad ecclesiam parochialem in Oken ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi viri Jacubczonis Burgrauij in Bezdyess nomine Serenissimi principis et dom. Wenceslai Romanorum et Boemie Regis. Executor plebanus in *Doxa.*

**J. X. — Chlumecz.** Joh. Kbel etc. Quod nos ad presentacionem nobilis domini Pothe de Czastolowicz in et ad ecclesiam paroch. in Chlumecz per mortem dom. Pessiconis vltimi et immediati rectoris eiusdem vacantem, honorabilem dom. Vlricum presbyterum de Bozkowicz Pragensis diocesis crida etc. datum Prage 1394 die 26. Januarij.

**Ktyss.** Anno quo supra die 27. Januarij data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Slasin alias Blasenslag ad ecclesiam in Ktyss, per resignacionem dom. Nicolai rectoris eiusdem, ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. et religiosi dom. Arnoldi Abbatis et conuentus monasterij S. Corone etc. Pro executore plebanus in *Engelwerth.*

**Blazeyow.** Anno et die quo supra data est crida Nicolao plebano olim ecclesie in Ktyss ad ecclesiam in Blazeyow

alias in Blasenslag per resignacionem dom. Johannis rectoris eiusdem ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorb. et religiosi dom. Wenceslai commendatoris in Nouadomo. Pro executore plebanus in *Jarossow*.

**Minor Chwoyen.** Joh. Kbel etc. Ad ecclesiam in Minori Chwogen per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis in manibus nostris factam, per nos receptam et admissam vacantem, de consensu honeste matrone Przibe ibidem de Minori Chwogen dicte ecclesie patrone, dom. Thomam olim plebanum in Wsseborzicz cum dicto dom. Johanne pro ecclesia in Minori Chwogen permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1394 penultima Januarij.

**Wsseborzicz.** Joh. Kbel etc. Ad ecclesiam in Wsseborzicz per resignacionem dom. Thome ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi viri Hrochonis de Czablicz alias de Suticz dicte ecclesie patroni, dom. Johannem olim plebanum in Minori Chwogen cum dicto dom. Thoma permutantem crida etc. 1394 penultima Januarij.

**Geblow.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem famosi Bartholomei dicti Tempny clientis de Sedlecz ad altare S. Marie Magdalene in Geblow per mortem dom. Dypoldi vacans, Swathoslaum de Clumyn presbyterum Prag. diocesis crida etc. 1394 vltima Januarij.

**Lipa.** Anno quo supra die 2. Februarij data est crida Andree presbytero de — ad altare S. Sigismundi situm in eccl. paroch. in Lipa per mortem dom. Johannis vacans, de consensu honestorum virorum Jacobi sellatoris et Heinczonis Weythmul ciuium in Lipa dicti altaris patronorum. Executor plebanus in *Lipa*.

**Kempnicz.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem nobilis dom. Johannis de Michelsberg ad altare S. Petri in ecclesia paroch. in Kempnicz de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, dom. Litkonem de Juueniboleslauia presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1394 4. Februarij.

**Lipa.** Anno quo supra die 6. Febr. data est crida Duchconi presbytero ad altare S. Anne situm in ecclesia paroch. in Lipa, per mortem dom. Nicolai vacans, ad presentacionem prouidi Petri de Weytmule residentis in Slywna. Executor deputatus plebanus ibidem in *Lipa*.

**S. Marie Virg.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem honesti viri Sigismundi Huler regni Bohemie subcamerarij ad altare seu secundum ministerium S. Jeronimi in ecclesia paroch. beate Marie Virg. ante letam curiam maioris ciuitatis Prag. de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, Petrum de Teczin presbyterum. Olomuc. dioc. crida etc. 1394. 7. Februarij.



**K. I. — Paczow.** Anno Dom. 1394 die 10. Februarij data est crida Lyderio olim rectori altaris S. Vrbani in ecclesia Prag. ad ecclesiam in Paczow, ex causa permutacionis cum dom. Cunczmanno, de consensu strenui militis Hinconis de Rutstein. Executor plebanus in *Chisska*.

**Turnow.** Johannes Kbel etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod orta dudum, lite et materia questionis de et super ecclesia parochiali in Turnow, per mortem dom. Johannis vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, inter discretos viros dominos Petrum de Vsczt per nobiles viros Wenceslaum et Wilhelmum fratres de Wartemberg ex vna, et Mauricium capellanum in castro Rohozecz per Serenissimum principem et dom. dom. Wenceslaum Dei gracia Romanornm Regem semper Augustum et Boemie Regem parte ex altera, hincinde ad dictam ecclesiam presentatos, ex deductis probatis et allegatis in causa super ecclesia predicta interloquendo pronuncciauimus equalitatem vocum in possessorio inter presentatos predictos et sortem propter hoc fore mittendam, ad quod faciendum diem hodiernam pro termino duximus statuendam, ex qua sorte per dictos presentatos missa, prefatum Mauricium dicte ecclesie in Turnow rectorem legitimum instituimus et plebanum, ipsumque etc. Data A. D. 1394 die 14. Februarij.

**Pyeseczna.** Anno quo supra die 18. Febr. data est crida domino Wenceslao olim plebano ecclesie in Woleticz Luthomyslen. dioc. ad ecclesiam in Pieseczna Prag. dioc., ex causa permutacionis cum dom. Johanne, ad presentacionem nobilis dom. Johannis Zampach dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Hnatnicz*.

**Costomlat.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem nobilis dom. Pothonis de Czastolowicz ad ecclesiam paroch. in Costomlat per resignacionem dom. Nicolai vacantem, Petrum olim plebanum ecclesie in Porzieczan crida etc. 1394 die 17. Februarij.

**Chotyessowicz et Dobrzana.** Anno quo supra 14. Febr. commissum est domino plebano in *Lucawicz*, quod receptis resignacionibus dominorum Vlrici in *Chotyessowicz* et Leonis in *Dobrzano* ecclesiarum plebanorum ex causa permutacionis et facta crida ac seruatis seruandis, ipsos hincinde videlicet Vlricum de ecclesia in Chotyessowicz ad ecclesiam in Dobrzano, et Leonem de ecclesia in Dobrzano ad ecclesiam in Chotyessowicz, si nullus apparuerit contradictor etc. auctoritate nostra transferat et confirmet.

**Porzieczan.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem nobilis dom. Johannis de Cluczow ad ecclesiam paroch. in Porzieczan, per resignacionem dom. Petri vltimi rectoris eiusdem, dom. Nicolaum presbyterum de Costomlath crida etc. 1394 17. Februarij.

**Otrib.** Joh. Kbel etc. Ad ecclesiam paroch. in Otrib per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi viri Cunssonis clientis de Chzyhostz, dom. Johannem olim plebanum ecclesie in Petrouicz cum dicto Johanne permutantem crida etc. 1394 19. Februarij.

**Petrowicz.** Joh. Kbel etc. Ad ecclesiam paroch. in Petrowicz per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi viri Nicolai ibidem de Petrowicz patroni, dom. Johannem olim plebanum ecclesie in Otrib cum dicto dom. Johanne permutantem crida etc. 1394 19. Februarij.

**Pyeczin.** Anno quo supra 19. Febr. data est crida Bartholomeo presbytero de Richnow, si et in quantum dominus Petrus plebanus in Pyeczin resignabit dictam ecclesiam, et si symoniaca prauitas non interuenit, ad presentacionem nobilis dom. Theodrici de Rychnow dicte ecclesie patroni. Pro executore decanus Costelicen. plebanus in *Tynistz* deputatus.

**Straconicz.** Anno quo supra 19. Febr. data est crida Johanni professo ordinis St. Johannis Jerosolimitani ad ecclesiam in Strakonicz per resignacionem fratris Nicolai vltimi rectoris, ad presentacionem honorb. et religiosi dom. Marcoldi prioris generalis per Boemiam et Poloniam etc. Pro executore plebanus in *Pyraczow.*

**K. II. — Kidlin.** Anno quo supra 20. Januarij data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Prachna ad ecclesiam in Kidlin, ex causa permutacionis cum dom. Alssone, de consensu famosorum Lewonis de Kidlin et Benessij fratris ipsius de Hosticz, Conradi de Makalow clientum et Andree clerici de Kidlin dicte ecclesie patronorum. Executor plebanus in *Glathouia.*

**Prchna.** Anno quo supra die 20. Januarij data est crida Alssoni olim plebano ecclesie in Kidlin ad ecclesiam in Prchna, ex causa permutacionis cum Johanne, de consensu nobilis Brzienconis de Straconicz residentis in Blatna dicte ecclesie in Prchna patroni. Executor plebanus in *Harauicz.*

**Luczicz.** Joh. Kbel etc. Ad ecclesiam paroch. in Luczicz per resignacionem domini Petri vacantem, de consensu nobilis dom. Pothonis de Czastolowicz dicte ecclesie patroni, dom. Petrum olim Vicarium ecclesie S. Apollinaris Prag. cum dicto dom. Petro pro eadem ecclesia in Luczicz permutantem crida etc. 1394 21. Februarij.



**Tissa.** Anno quo supra 25. Febr. data est crida Otticoni presbytero de Stypoklass ad ecclesiam paroch. in Tissa per mortem Johannis, ad presentacionem Sezeme clientis de Byela. Pro executore plebanus in *Byela.*

**Vhrzina.** Anno quo supra 27. Febr. data est crida religioso fratri Petro professo de penitencia beatorum martirum ad ecclesiam in Vhrzina per resignacionem Nicolai clerici, ad presentacionem Nobilis dom. Pothe de Czastolowicz. Executor plebanus in *Skuhrow.*

**Roztok.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem Stephani dicti Karlowecz de Roztok clientis ad ecclesiam paroch. ibidem in Roztok per mortem Chunssonis vacantem, Nicolaum clericum ibidem de Roztok crida etc. 1394 2. Febr.

**Ottyn.** Anno quo supra 6. Marcij data est crida Neostupo clerico de Lestkow ad ecclesiam paroch. in Ottyn per mortem Vlrici vacantem, ad presentacionem nobilium Neostuponis et Stupconis dicte ecclessie patronorum. Executor plebanus in *Lestkow.*

**S. Michaelis Prage.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem dom. Peczoldi presbyteri de Nouaplzna ad altare S. Marie Virg. Annunciacionis in ecclesia S. Michaelis maioris ciuitatis per mortem Stephani vacans, dom. Johannem de Verona presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1394 6. Marcij.

**Brzieza.** Anno quo supra 10. Marcij data est crida cum commissione dom. Buzconi ad ecclesiam paroch. in Brzieza, olim rectori altaris Corporis Christi in ecclesia S. Michaelis in Opathouicz noue ciuitatis Prag., cum dom. Nicolao olim plebano in Brzieza pro eadem ecclesia permutanti, de consensu famosi Budywogij clientis de Nyczow dicte ecclesie patroni. Pro executore plebanus in *Lestczan.*

**Kossowahora.** Anno die quo supra data est crida dom. Cruci presbytero de Sedlczan ad altare S. Margarethe in ecclesia paroch. in Kossowahora per resignacionem dom. Velislai vacantem, ad presentacionem Johannis et Benessij de Kossowahora dicti altaris patronorum. Executor plebanus ecclesie in *Sedlczan.*

**K. III. — Knyezicz.** Ad presentacionem famosi Vziconis clientis de Knyzicz ad ecclesiam paroch. ibidem per mortem dom. Radslai vacantem, dom. Georgium presbyterum de Byela crida etc. 1394 13. Marcij.

**Czestinacostel.** Ad presentacionem honorab. dom. Colmanni rectoris ecclesie paroch. in Czestinacostel ad altare Ste Marie Magdalene in ecclesia ibidem per resignacionem

Sbinconis clerici vacans, dom. Sbinconem crida etc. 1394 14. Marcij.

**Slawicz.** Anno quo supra 16. Marcij data est crida ad ecclesiam paroch. in Slawicz Petro presbytero de Wsserub, per mortem Miroslai vacantem, in qua Leo cliens patronus.

**Opathowicz.** Ad altare Corporis Christi in ecclesia S. Michaelis in Opathowicz noue ciuitatis Prag. per resignacionem dom. Buzconis vacans, de consensu discretorum virorum Harrer, Perchtynner et Kichlini ciuium noue ciuitatis Prag. predicte, tutorum orphanorum quondam Wilhelmi ciuis noue ciuitatis Prag., videlicet Sigismundi, Katherine, Barbare dicti altaris patronorum, dom. Nicolaum olim plebanum ecclesie in Brzieza cum dicto dom. Buzcone permutantem crida etc. 1394 20. Marcij.

**Gunygshain.** Anno quo supra 20. Marcij data est crida dom. Materno presbytero de Glacz ad ecclesiam in Gunygshain per mortem dom. Nicolai, ad presentacionem prouidi viri Nicolai Gremyl ciuis ibidem in Glacz dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Gebersdorff*.

**Wrany.** Anno quo supra 21. Marcij data est crida dom. Clementi presbytero de Mnichow ad ecclesiam in Wrany per mortem dom. vacantem, ad presentacionem nobilis domini Henrici de Duba magistri curie Regni Boemie.

**Coczniouicz.** Anno quo supra 22. Marcij data est crida dom. Conrado presbytero de Hradist ad ecclesiam paroch. in Coczniowicz per mortem dom. Nicolai vacantem, ad presentacionem Jande clientis ibidem de Coczniouicz. Executor plebanus in *Mohelnicz*.

**Kruppa.** Ad presentacionem prouidi viri Michaelis de Krupka alias de Turmicz, ad altare Corporis Christi in capella S. Marie in eccl. paroch. ibidem in Kruppka de nouo fundatum et per nos in beneficium erectum, dom. Johan. presbyterum similiter de Krupka presencium crida etc. A. D. 1394 22. Marcij.

**S. Stephani Prage.** Johannes Kbel decretorum doctor etc. Vicarius in Spiritualibus et Officialis etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem dom. Wenceslai Roman. et Boemie Regis ad ecclesiam paroch. St. Stephani in Muro maioris ciuitatis Prag. vacantem, Gerhardum de *Munster* clericum Colonien. dioc. crida etc. 1394 28. Marcij.

**Chodzow.** Anno quo supra 3. Aprilis data est crida cum commissione confirmacionis Gallo olim plebano ecclesie S. Leonardi maioris ciuitatis Prag. ad ecclesiam parochl. in Chodzow, ex causa permutacionis cum dom. Georgio olim plebano ibidem in Chodzow, de consensu strenui militis Johannis et Henrici ibidem de Chodzow patronorum. Executor plebanus in *Oraczow*.



**K. IV. — Przieperz.** Johannes Kbel etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod orta dudum lite et materia questionis de et super ecclesia parochiali in Przieperz inter discretos viros dom. Johannem de Popowicz presbyterum Olomuc. dioc. per nobilem dominam Katherinam relictam bone memorie dom. Marquardi de Kost alias de Zleb, et Johannem de Milessow similiter presbyterum Prag. dioc. per dom. Wenceslaum Roman. Regem, et Bohunconem de Arnusczicz tutorem orphanorum olim Johannis de Przieperz et Sobeczconem de Tzwerzin, Johannem dictum Chyk, Johannem dictum Halwacz de Przieperz, nec non Bartholomeum subdyaconum rectorem altaris Corporis Christi in ecclesia Prag. predicta per Petrum de Slywna et Sigismundum filium ipsius Petri, ac Nicolaum dictum Kokotek de Penczin alias de Coczeyowicz, hincinde ad dictam ecclesiam in Przieperz per mortem dom. Prudothe vltimi et immediati ecclesie ipsius rectoris presentatos, dicte partes ordine juris seruato usque ad sentenciam diffinitiuam coram nobis in causa super dicta ecclesia processerunt, prout in regestro cause clarius continetur, ex quarum parcium deductis, probatis et allegatis meritis ipsius cause cognitis, et ad plenum inuestigatis et discussis, prefatum dom. Johannem de Popowicz tamquam a maiori parte presentatum et in possessione jurispresentandi existencium rectorem dicte ecclesie in Przieperz instituimus et plebanum, ipsumque de predicta ecclesia cum omnibus juribus etc. Datum Prage A. D. 1394 1. Aprilis.

**Gablona.** Anno quo supra die 2. Aprilis data est crida dom. Laurencio presbytero de Zittauia ad ecclesiam seu perpetuam vicariam in Gablona, per mortem dom. Mathie, ad presentacionem honorab. et religiosi dom. Abbatis monasterij in Gredis monachorum dicte ecclesie seu vicarie rectoris. Pro executore deputatus honorab. decanus Gablonensis plebanus in *Wartemberg*.

**Chmelnisczna.** Ad presentacionem Rom. et Boemie Regis ad ecclesiam in Chmelnisczna per mortem Nicolai vacantem, Blasconem elemosinarium predicti dom. Regis crida etc. 1394 3. Aprilis.

**Czietow.** Anno quo supra 3. Aprilis data est crida cum commis. confirm. dom. Franconi olim plebano ecclesia in Medonoss ad ecclesiam paroch. in Czietow vacantem ex eo, quod dom. Clemens vltimus rector aliud beneficium est assecutus, de consensu famosorum Bawari ibidem de Czietow,

Johannis et Bawari de Bechlin alias de Czietow dicte ecclesie patronorum. Executor plebanus in *Luzecz.*

**Trnowa.** Anno quo supra 3. Aprilis data est crida dom. Wenceslao olim plebano in Luza ad ecclesiam in Trnowa ex causa permutacionis cum dom. Henrico, de consensu famosi Bohunconis dicti Kozlerz de Kozle, gubernatoris bonorum monasterij Cladrubensis et fratris Johannis prioris eiusdem monasterij pro nunc eiusdem ecclesie in Trnowa patronorum, et pro exec. deput. plebanus in *Tissow.*

**Luoza.** Anno quo supra die 3. Aprilis data est crida cum commissione dom. Henrico olim plebano ecclesie in Trnowa ad ecclesiam in Luoza ex causa permutac. cum dom. Wenceslao, de consensu famosi Johannis dicti Mymon de Luoza clientis patroni, et executor plebanus in *Byela.*

**Blassano.** Anno quo supra die 3. Aprilis data est crida dom. Johanni presbytero de Sienomath ad ecclesiam paroch. in Blassano, ad presentacionem Fridrici et Alberti fratrum de Zee residencium in Blassano, per mortem dom. Nicolai vacantem. Deputatus est sibi pro exec. plebanus in *Syrzen.*

**Glathowia.** Anno quo supra die 7. Aprilis data est crida Johanni clerico de Glathowia ad altare trium Regum et S. Erhardi in ecclesia paroch. ibidem in Glathowia, per mortem dom. Przibislai dicti Con vacans, ad presentacionem Johlini dicti Peyspir ciuis ibidem in Glathowia. Executor decanus Glathouien. plebanus in *Styepanow.*

**K. V. — S. Leonardi Prag.** Ad ecclesiam paroch. S. Leonardi maioris ciuitatis Prag. per resignacionem dom. Galli, ex causa permutacionis vacantem, de consensu religiosarum domicellarum priorisse et conuentus monasterij S. Laurencij in Praga dicte ecclesie S. Leonardi patronarum, dom. Georgium olim plebanum ecclesie in Chodzow cum dicto Gallo pro ecclesia S. Leonardi permutantem crida etc. A. D. 1394 8. Aprilis.

**Pakomilicz.** Ad presentacionem prouidi Johannis olim Bernhardi Zeydlini ciuis maioris ciuitatis Prag. ad ecclesiam paroch. in Pakomilicz per mortem dom. Johannis vacantem, Wenceslaum vicarium in Odolenauoda crida etc. A. D. 1394 die 3. Aprilis.

**Falkenow.** Anno quo supra 13. Aprilis data est crida dom. Stephano de Tyeschnowicz, ad ecclesiam paroch. in Falkenow per mortem vacantem, ad presentacionem Wenceslai Regis Boemie dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Lompnicz.*

**Theodriciuilla.** Anno quo supra 15. April. data est crida dom. Nicolao de Forst Missnen. diocesis ad ecclesiam in



Theodrici Villa per mortem Nicolai vacantem, ad presentacionem nobilis Henrici de Donyn alias de Grefensteyn. Executor plebanus in *Rynoldiuilla.*

**Vscz.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Duba regalis curie magistri, ad ecclesiam paroch. in Vscz per mortem dom. Georgij vacantem, magistrum Johannem de Duba clericum Pragen. crida etc. 1394 27. Aprilis.

**Medonoss.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem famosorum clientum Rzimkonis de Medonoss, Henrici de Zaluzie commissariorum seu tutorum orphanorum Dyetlebi et Adlethe ac Anne ibidem de Medonoss ad ecclesiam paroch. in Medonoss, ex eo, quod Franco vltimus rector aliud beneficium est assecutus vacantem, Hasconem dyaconum de Legen Prag. dioc. crida etc. 1394 27. Aprilis.

**Podwek.** Anno quo supra 27. Aprilis data est crida Bohuslao presbytero de Radoka ad ecclesiam in Podwek per mortem Johannis vacantem, ad presentacionem famosorum virorum Woyslai, Marquardi et Diuissij clientum de Podwek. Pro executore deputatus plebanus in *Maloyowicz.*

**Ronow.** Anno quo supra penultima Aprilis data est crida Jacobo presbytero de Sebranicz Prag. dioc., ad capellaniam in castro Ronow per resignacionem dom. Thome vltimi et imed. rectoris eiusdem vacantem, ad presentacionem et peticionem nobilis dom. Sigismundi de Ronow alias de Lethowicz. Executore plebanus in *Przibislawicz.*

**Lipa.** Anno quo supra die 2. Maij data est crida cum commissione et confirm. Petro de Budissin Missnensis diocesis, ad altare S. Wenceslai et aliorum patronorum in ecclesia paroch. in Lipa, ad presentacionem nobilis dom. Hinconis de Duba domini in Hohenstain et in Lipa dicti altaris patroni. Executor plebanus in *Lipa.*

**K. VI. — Lubchawia.** Anno quo supra 2. Maij data est crida dom. Gunthero presbytero de Vsk Pragensis dioc., ad ecclesiam paroch. in Lubchawia per mortem dom. Nicolai, ad presentacionem famosorum Henrici et Theodrici fratrum et Johannis clientum ibidem de Lubchawia.

**Albreczried.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem honorab. et religiosi dom. Bertoldi Abbatis monasterij in Wyndberg ordinis Premonstratensis Ratispon. dioc., ad ecclesiam paroch. in Albreczried Prag. dioc. per mortem fratris Petri vltimi rectoris eiusdem, fratrem Cristanum professum.

**Chotikow.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem prouidi viri Obrzwin ciuis de Plzna domini in Chotycow, ad ecclesiam ibidem in Chotycow per mortem Swathonis vacantem, Petrum Vicarium in Lucowicz crida etc. 1394 3. Maij.

**S. Galli Prage.** Joh. Kbel etc. Ad altare Corporis Christi in ecclesia S. Galli maioris ciuitatis Prag. per resignacionem Mag. Martini de Iglauia vacans, de consensu honeste domine Cristine relicte quondam Vle Payer ciuis dicte maioris ciuit. Prag. patrone, honorab. magistrum Cztiborium rectorem altaris Corporis Christi in ecclesia Prag. cum dicto Martino pro altari permuntatem crida etc. Datum Prage 1394 9. Maij.

**Straz.** Anno quo supra 9. Maij data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Krziwsudow ad ecclesiam paroch. in Straz, ex causa permutacionis cum dom. Johanne plebano olim in Straz, de consensu famosi Przibiconis clientis de Straz patroni. Executor plebanus in *Nouosedl.*

**Krziwsudow.** Anno quo supra 9. Maij data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Straz ad ecclesiam in Crziwsudow ex causa permutacionis cum dom. Johanne olim plebano ecclesie in Krziwsudow, de consensu dom. Johannis Archiepiscopi et strenui Vczkonis militis et Sezeme clientum de Passieca. Pro executore plebanus in *Borownicz* deputatus.

**Chilicz.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem famosorum clientum Bezdyechonis, Przibislai et Petri de Chilicz in et ad ecclesiam paroch. in Chilicz per mortem domini Sdichonis vacantem, Sigismundum clericum de Chilicz crida etc. 1394 12. Maij.

**Czrnyewsko.** Anno quo supra 12. Maij data est crida dom. Petro olim plebano ecclesie in Hradek ad ecclesiam in Czrnyewsko ex causa permutacionis cum dom. Jacobo, de consensu famosorum Colmanni de Oborzistz, Henslini de Huzanicz, Johannis de Hustyessowicz et Przibiconis de Czrnyewsko dicte ecclesie patronorum. Executor plebanus in *Pohorz.*

**Hradek.** Anno quo supra 12. Maij data est crida cum commiss. confirmacionis dom. Jacobo olim plebano in Czrnyewsko ad ecclesiam in Hradek ex causa permutacionis cum dom. Petro, de consensu Bohunconis clientis de Hradek dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Pssarz.*

**K. VII. — Zasadye.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem famosi Henrici de Camyk dicti Hernnsmeyster residentis in Pokraticz, tutoris orphanorum bone memorie Henychonis ibidem de Pokraticz, ad ecclesiam paroch. S. Adalberti in suburbio Luthomeric. alias in Zasadye per mortem Benesij vacantem, discr. virum Sigismundum clericum Sbinconis de Wchinicz crida etc. Datum Prage 1394 die 12. Maij.

**Suchdol.** Joh. Kbel decr. doctor etc. Quod ad presentacionem honesti Petri de Pieska magistri monete in Montibus chutnis ad ecclesiam paroch. in Suchdol per mortem Ludouici vacantem, honorab. magistrum Stephanum de Maiori Palcz



presbyterum Prag. dioc. crida seu proclamacione premissa, rectorem legitimum instituimus et plebanum etc. 1394 14. Maij.

**Lossan.** Anno quo supra 14. Maij data est crida dom. Gregorio presbytero de Chwatlina ad ecclesiam in Lossan per resignacionem Blaskonis, ad presentacionem honeste Anne relicte quondam dicti Tyczwetter, ciuis de Montibus chutnis. Executor plebanus in *Kbel.*

**Gezna.** Johannes Kbel etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem honorab. dom. Johannis licenciati in decretis, Archidiaconi Gradicensis et Canonici eccl. Pragen., et strenui militis domini Hermanni fratris ipsius germani de Neczczin ac famosi viri Scachonis clientis de Hradek et fratrum ipsius, in et ad ecclesiam parochialem in Gezna per mortem dom. Scachonis vltimi rectoris ipsius vacantem, discr. virum Petrum natum Petri de Luhow clericum Prag. diocesis, crida seu proclamacione premissa, rectorem legitimum instituimus et plebanum etc., ita tamen, quod cedente uel decedente Petro plebano predicto, aut dicta ecclesia per quemcumque modum alium, causa permutacionis duntaxat excepta vacante, prescripti dominus Johannes Archidiaconus et Hermanus miles fratres germani, heredes et successores ipsorum duos rectores se immediate sequentes ad ipsam ecclesiam pro duabus vicibus seu duabus vacacionibus presentare dom. Archiepiscopo Prag. et suis Vicarijs in Spiritualibus tenebuntur, quorum presentacionibus prefatus Scacho et fratres ipsius, ad heredes et successores ipsorum sine contradiccione debent consentire. Demum dictis presentatis duobus cedentibus uel decendetibus, aut eadem ecclesia ex quacumque causa vacante, prefatus Scacho et fratres ipsius ac heredes ac successores ipsorum ad dictam ecclesiam in Gezna, rectorem pro vna uice duntaxat presentabunt dom. Archiepiscopo Prag. et suis Officialibus in Spiritualibus predictis, quorum presentacioni, similiter dicti dom. Johannes Archidiaconus, Hermanus miles et successores ipsorum sine qualibet renitencia consentire tenebuntur et debebunt, et eandem ordinacionem vicissitudinis temporibus perpetuis inter se in presentacione rectoris ad dictam ecclesiam modo prescripto obseruantes. Quam ordinacionem prescriptam patroni per se heredes, et successores ipsorum coram nobis personaliter constituti tenere et inuiolabiliter obseruare promisserunt, promittentes, nullovmquam tempore, per se heredes et successores ipsorum contra dictam ordinacionem in nullo de jure uel de facto ex aliqua causa uel racione contrauenire. In presentacionibus aut vbi rector dicte ecclesie peruenire, omnes in simul patroni ad huiusmodi permutare voluerit, omnes in simul patroni ad huiusmodi permutacionem debebunt consentire, que permutacio parti super

quam vicissitudo venerit, non debet in aliquo preiudicare. In cuius rei testimonium presentes literas etc. Datum Prage A. D. 1394 die XV. mensis Maij.

**Lippa.** Ad presentacionem prouidi viri Henczonis Weytmul ciuis in Lippa, ad altare S. Crucis, situm in capella S. Crucis in preurbio Lippensi de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, Jacobum de Bennessow presbyterum Prag. dioc. in persona Dominici de Budweiss notarij publici, procuratoris ipsius legitimi pro eo crida etc. 1394 22. Maij.

**Minicz.** Ad presentacionem dom. Wencelai Rom. et Boemie Regis, ad ecclesiam parochialem in Minicz per mortem dom. Johannis vacantem, discr. virum dom. Nicolaum dictum Karas canonicum ecclesie Melnicen. crida etc. 23. Maij 1394.

**Gilempnicz.** Anno quo supra die 23. Maij data est crida dom. Johanni olim plebano ecclesie in Langnow ad ecclesiam in Gilempnicz ex causa permutacionis cum dom. Petro, de consensu famosi viri Sdenconis de Walstain dicte ecclesie patroni. Executor deputatus plebanus in *Smrzieczna.*

**Langnow.** Anno quo supra 23. Maij data est crida dom. Petro olim plebano eccclesie in Gilempnicz ad ecclesiam in Langnow, ex causa permutacionis cum dom. Johanne, de consensu famosi Johannis dicti Czuch Marescalki Wenceslai Roman. et Boemie Regis dicte ecclesie in Langnow patroni. Executor plebanus in *Hermanzeyff.*

Va- **K. VIII. — Tyn.** Anno quo supra 4. Junij data est crida domini plebano ecclesie in Hor per resignacionem Bartholomei ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorbl. dom. Busconis decani dicte ecclesie Tinensis dicte vicarie patroni.

cat. **Hor.** Anno quo supra 4. Junij data est crida domino Bartholomeo olim Vicario ecclesie Tynensis ad ecclesiam parochl. in Hor ex causa permutacionis cum dom. Andrea plebano ecclesie ibidem, cum dicto dom. Bartholomeo pro dicta vicaria sua permutantem, de consensu Bernhardi clientis ibidem de Hor dicte patroni. Executor plebanus in *Wozicz.*

**Juuenispaka.** Anno quo supra 9. Junij data est crida dom. Nicolao presbytero de Gyczin ad ecclesiam paroch. in Juuenipaka per resignacionem Herzkonis, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Kumburg dicti de Wartemberg patroni dicte ecclesie. Executor plebanus in *Olessnicz.*

**Lossan.** Ad presentacionem honeste dom. Anne relicte quondam Ticzwetter ciuis de Montibus chutnis, ad ecclesiam in Lossan per resignacionem dom. Gregorij, Jaxonem de Gurim presbyterum crida etc. 1394 10. Junij.



**Ratiborz.** Ad presentacionem prouidi viri Martini ciuis de Montibuschutnis ad ecclesiam in Ratiborz, per resignacionem dom. Crucis vacantem, Milkonem presbyterum de Vlicz crida etc. 1394 12. Junij.

**Lestkow.** Anno quo supra die 23. Junij data est crida dom. Johanni de Swamberg canonico ecclesie Pragene ad ecclesiam parochl. in Lestkow, per mortem dom. Johannis vacantem, ad presentacionem nobilium dominorum Rathmiri de Swamberg alias de Lestkow, nec non Bohuslai ibidem de Swamberg. Executor decanus Teplensis plebanus in *Kozolup.*

**Erhardiuilla.** Anno quo supra 25. Junij data est crida cum. commis. confirm. dom. Martino olim plebano ecclesie in Vilpertiuilla ad ecclesiam in Ebrhardiuilla, ex causa permutacionis cum dom. Nicolao plebano ecclesie in Ebrhardiuilla, de consensu famosi Johannis de Panowicz domini in Ebrhardiuilla. Executor plebanus in *Slegldorff.*

**Volpertiuilla.** Anno et die quo supra data est crida cum commissione confirm. dom. Nicolao plebano ecclesie in Ebrhardiuilla ad ecclesiam parochl. in Volpertiuilla ex causa permutacionis cum dom. Martino plebano ecclesie in Volpertiuilla, de consensu famosi Wenceslai de Donyn domini in Newrod dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Newrod.*

**Missenecz.** Anno quo supra 27. Junij data est crida dom. Czenconi presbytero capellano in castro Hluboka ad ecclesiam parochl. in Missenecz, ad presentacionem dom. Wenceslai Roman. et Boem. Regis, per mortem dom. Stephani vacantem. Executor plebanus in *Herzmanss.*

**Wsseborzicz.** Anno quo supra die 3. Julij data est crida Johanni presbytero de Swarzenicz Prag. diocesis ad ecclesiam parochl. in Wsseborzicz per resignacionem Laurencij dicti Strauch de Hain prope Albiam, procuratoris legitimi dom. Johannis vltimi rectoris eiusdem vacantem, ad presentacionem famosorum Henrici Senioris residentis in Wrbiczan, et Henrici Junioris de Wsseborzicz ac Slawathe dicte ecclesie patronorum, deputatusque est sibi pro executore plebanus in *Skoraticz.*

**K. IX. — Neydek.** Anno quo supra 3. Julij data est crida dom. Wenceslao presbytero de Tepla ad ecclesiam in Neydek per resignacionem domini Nicolai rectoris eiusdem, ad presentacionem Henrici clientis de Neydek. Executor plebanus in *Slakenwald.*

**Piesseczna.** Anno quo supra die 5. Julij data est crida dom. Gregorio presbytero de Dobrusca ad ecclesiam in Piesseczna, per mortem domini Wenceslai vacantem, ad presen-

tacionem nobilis dom. Johannis de Potenstein alias de Zampach. Executor plebanus in *Hnatnicz.*

**Walteriuilla.** Anno quo supra 6. Julij data est crida cum commiss. confirm. dom. Johanni plebano ecclesie in Sonow ad ecclesiam parochl. in Walteriuilla ex causa permutacionis cum dom. Johanne plebano ecclesie ibidem in Walteriuilla, de consensu discreti viri Ticzkonis clientis de Panewicz. Executor plebanus in *Ekhardiuilla.*

**Sonow.** Anno et die quo supra data est crida dom. Johanni plebano ecclesie in Walteriuilla ad ecclesiam in Sonow ex causa permutacionis cum dom. Johanne plebano ecclesie in Walteriuilla, de consensu honorb. dom. Dyuiss Abbatis Monasterij Brewnouiensis ordinis S. Benedicti. Executor plebanus in *Culmaczendorff.*

**Wessele.** Anno quo supra 7. Julij data est crida dom. Wilhelmo capellano de Skala ad ecclesiam parochl. in Wessele per mortem dom. Wenceslai vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Petri de Cost alias de Wartemberg, tutoris orphani videlicet domini Petri de Wessel nati dom. Benessij de Wartemberg. Executor plebanus in *Weleczicz.*

**Vidicz.** Joh. Kbel decr. doctor etc. Ad presentacionem famosi Franczonis ciuis de Montibus chutnis, ad ecclesiam in Vidicz per mortem dom. Panconis vacantem, dom. Wenceslaum de Caremberg presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1394 die 10. Julij.

**Hradek.** Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem Venerabilis domini Wolframi de Squorcz prepositi ecclesie S. Appolinaris noue ciuitatis Prag. in et ad ecclesiam parochl. S. Petri in Hradek prope Antiquam Boleslauiam, per mortem dom. Petri vacantem, dom. Mauricium presbyterum de Sowynka Prag. diocesis crida etc. 1394 die 6. Julij.

**Przibram.** Anno quo supra 14. Julij data est crida cum commissione dom. Erasimo olim plebano ecclesie in Swoyanow Luthomisl. dioc. ad ecclesiam in Przibram Prag. dioc., ex causa permutacionis cum dom. Mathia, de consensu famosi Milothe de Hussow purgrauij in Lichtenburg, nomine dom. Wenceslai Rom. et Boem. Regis dicte ecclesie in Przibram patroni, et fuit sibi pro executore decanus Czaslauiensis plebanus in *Jenicow.*

**Zamberg.** Anno quo supra 20. Julij data est crida dom. Johanni presbytero de Bochow ad ecclesiam in Zamberg per mortem vltimi rectoris, ad presentacionem nobilis dom. Borssonis junioris de Rzisumburg. Executor plebanus in *Heremita.*



**Turcz.** Joh. Kbel decr. doc. etc. Ad presentacionem famosi Henrici clientis de Neydek ad ecclesiam parchol. in Turcz vacantem ex eo, quod dom. Johannes rector eiusdem eadem ob non residenciam per nostram sentenciam priuatus existit, discr. virum Johannem de Dupow subdiaconum Prag. dioc. crida etc. 1394 20. Julij.

**K. X. — S. Marie Prage.** Ad presentacionem prouidi Wenceslai Stuk dicti Colpiczsky ciuis maioris ciuit. Prag., ad altare beatorum Apostolorum in ecclesia paroch. beate Marie Virg. ante letam curiam eiusdem ciuitatis Prag. per resignacionem honorab. dom. Wenceslai decani Wissegradensis prope Pragam vltimi rectoris eiusdem vacans, discretum Georgium clericum de Chomutow crida etc. 1394 24. Julij.

**Wilharczicz.** Anno quo supra 26. Julij data est crida ad altare dom. Onssoni presbytero de Sobyesslaw Prag. dioc., per mortem dom. Hostwini vltimi rectoris vacans, ad presentacionem nobilis dom. Johannis de Nouadomo dicte capellanie seu altaris patroni, deputatusque est sibi pro executore plebanus in *Wssduna.*

**Vidicz.** Anno quo supra die penultima Julij data est crida cum commiss. confirm. dom. Johanni presbytero de Herzmanicz ad ecclesiam paroch. in Vidicz, per resignacionem dom. Wenceslai ipsius ecclesie rectoris vacantem, ad presentacionem Francz dicti Gysser ciuis de Montibuschutnis. Executor plebanus in *Kossisz.*

**Jablkinicz.** Anno quo supra die 8. Augusti data est crida dom. Johannis presbytero de Jablkynicz Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Jablkinicz, per mortem dom. Nicolai vlt. et immed. rectoris eiusdem vacantem, ad presentacionem strenui militis Bernhardi de Waleczow. Executor plebanus in *Raissicz.*

**S. Nicolai in Praga.** Ad presentacionem honestorum Nicolai, Quietonis de Zacz et Bohunconis institoris, ciuium maioris ciuitatis Prag., ad altare S. Marie Virginis in ecclesia S. Nicolai in foro pullorum maioris ciuitatis Prag. per mortem Vlrici vacans, honorab. dom. Joh. de Duba plebanu ecclesie in *Nahorziedicz* crida seu proclamacione premissa rectorem legitimum instituimus et ministrum, ipsumque de predicto altari cum omnibus juribus et pertinencijs suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam et administracionem spiritualium et temporalium eidem committimus, ipsum ad predictum altare in Dei nomine confirmantes, ita tamen, quod dicto dom. Johanne decedente uel cedente, aut dicto altari ex quacumque causa extra casum permutacionis de jure vacante, prefatus Bohunco, dummodo in humanis ageret, rectorem legi-

timum ad dictum altare Archiepiscopo Prag. aut suis in spiritualibus Vicarijs generalibus presentare debeat et teneatur, cui presentacioni Nicolaus predictus sine renitencia et contradiccione qualibet debet consentire, deinde presentato per dictum Bohunconem similiter cedente uel decedente, dicto altari quouismodo, prout supra dictum est, vacante, Nicolaus prescriptus ad prescriptum altare modo premisso presentabit, eisdemque presentatis aut vno ex eisdem cedentibus vel decedentibus, prescripti patroni ordinacionem vicissitudinis prescriptam, quamdiu ipsis comes vita fuerit, inter se obseruabunt, altero uero ex eisdem patronis decedente, ad superstitem juspatronatus dicti altaris deuoluatur, qui de jurepatronatus dicti altaris in vita et in morte disponat pro libito sue voluntatis. In cuius rei testimonium etc. 1394 29. Maij.

**Libun.** Joh. Kbel etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem dom. Wenceslai Rom. et Boemie Regis in et ad ecclesiam paroch. in Libun per mortem dom. Sdenconis vacantem, dom. Paulum canonicum in Karlsteyn crida etc. 1394 16. Augusti.

**Luthomericz.** Ad presentac. dom. Wenceslai Rom. et Boemie Regis ad eccl. paroch. Omnium Sanctorum in Luthomericz per mortem dom. Nicolai dicti Rubass, vltimi rectoris eiusdem vacantem, dom. Wenceslaum de Byela presbyterum Prag. diocesis crida etc. 1394 18. Augusti.

**Camenicz.** Anno quo supra 28. Augusti data est crida cum commiss. confirmacionis dom. Johanni de Buczina, presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Camenicz per mortem dom. Petri rectoris, ad presentacionem nobilis dom. Johannis de Michelsperg. Exec. pleb. in *Marquardiuilla.*

L. I. — **Otwicz.** Anno quo supra die 28. Aug. data est crida dom. Mathie, olim plebano ecclesie in Albertiuilla ad ecclesiam paroch. in Otwicz ex causa permutac. cum dom. Petro vltimo rectore, de consensu honorab. dom. Nicolai plebani ecclesie in **Vdlicz** dicte ecclesie in Otwicz patroni.

**Albertiuilla.** Anno quo supra 28. Augusti data est crida dom. Petro olim plebano in Otwicz ad ecclesiam paroch. in Albertiuilla ex causa permutacionis cum dom. Mathia vltimo rectore, de consensu nobilis dom. Buskonis de Zee residentis in *Eisenberg* dicte ecclesie patroni.

**Swihow.** Anno quo supra 29. Augusti data est crida dom. Wenceslao presbytero de Stankow ad altare S. Katherine situm in hospitali S. Johannis in Swihow per priuacionem per nostram sentenciam ob non residenciam apud dictum altare, ad presentacionem nobilis dom. Brzenconis de



Slaka alias de Swihow. Pro executore deputatus plebanus in *Swihow.*

**Przibislauicz.** A. D. 1394 die vltima Augusti data est crida cum commiss. confirm. dom. Bedrico olim plebano ecclesie in Dolan Luthomislen. diocesis, ad ecclesiam in Przibislauicz Prag. dioc. cum dom. Przibicone ex causa permutacionis, de consensu fratris Henrici Saaff commendatoris in Drobowicz, nec non tocius conuentus ibidem ordinis S. Marie de domo theutonica. Executor plebanus in *Braczicz.*

**Pssarz.** Joh. Kbel decr. doctor etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Pssarz per resignacionem dom. Nicolai ex causa permutacionis vacantem, de consensu Venerabil. dom. Wenceslai decani ecclesie Wissegraden. prope Pragam dicte ecclesie in Pssarz patroni Stephanum olim plebanum ecclesie in Trnowa cum dicto dom. Nicolao pro ecclesia in Pssarz antedicta permutantem crida etc. 1394 2. Septembris.

**Trnowa.** Joh. Kbel etc. Ad ecclesiam paroch. in Trnowa per resignacionem dom. Stephani ex causa permutacionis vacantem, de consensu venerabl. et relig. dom. Diuissij Abbatis monasterij Brewnouiensis dicte patroni, dom. Nicolaum olim plebanum ecclesie in Pssarz cum dicto dom. Stephano permutantem crida etc. 1394 2. Septembris.

**Obora.** Anno quo supra die 12. Septembris data est crida dom. Machkoni olim plebano ecclesie in Libiedicz ad ecclesiam in Obora ex causa permutacionis cum dom. Petro, de consensu honorab. et religiosi dom. Jacobi Abbatis Plassen. ordinis Cisterciensis. Pro exec. deputatus plebanus in *Czewicz.*

**Libyedicz.** Anno quo supra die 12. Septembris data est crida dom. Petro plebano olim in Obora ad ecclesiam in Libiedicz ex causa permutacionis cum dom. Machonne, de consensu Erhardi clientis de Okunow dicte patroni. Executor decanus Zacensis plebanus S. Martini in *suburbio Zacensi.*

**Mukarzow.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem nobilis dom. Purcardi dicti Strnad de Janowicz Burgrauij castri Prag., ad ecclesiam paroch. in Mukarzow per mortem dom. Drzconis vacantem, honorbl. dom. Zdenconem de Sosnye presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1394 15. Septembris.

L. II. — **Swarow.** N. Puch. licenciatus in decretis, Prag. et Olomuc. ecclesiarum canonicus, officialis et Vicarius in Spiritualibus etc., quod orta dudum coram nobis lite et materia questionis, de et super ecclesia paroch. in Swarow per mortem domini Ottonis vacantem, inter discretos viros dom. Johannem de Swarow per Drahoslaum clientem, Johannem presbyterum, fratres ac Dobram consortem dicti Drahoslai ibidem de Swarow, et Margaretham relictam Sdenconis in Kladen nunc in

Pticz ex vna, et Wenceslaum diaconum minorem Mansionarium chori beate Marię Virg. ecclesie Prag. per honorabl. dom. precentorem et totum collegium Mansionariorum chori beate Marie Virg. eccl. Prag. antedicte et Wenceslaum pellificem ciuem maioris ciuit. Prag. parte ex altera, hincinde ad ecclesiam supradictam in Swarow presentatos, in qua juris ordine obseruato vsque ad senternciuam diffinitiuam per partes processum extitit, prout in actis acticatis in eadem causa habitis et conscriptis clarius et liquidius continetur, tandem nos visis omnibus acticatis et meritis cause predicte plene discussis et cognitis, in presencia dictarum parcium principalium prefatum Johannem Swarouecz tamquam a maiori parte patronorum et in possessione juris presentandi existencium presentatum, ad eeclessiam in Swarow memoratam decreuimus instituendum et confirmandum, atque juramentis receptis solitis et consuetis ipsum rectorem legitimum instituimus et plebanum, ipsumque etc. Datum Prage 1394 die 16. mensis Julij.

**Glathowia.** Anno quo supra die 20. Septembris data est crida Simoni clerico de Sicca ad altare concepcionis S. Marie in Glathowia per resignacionem domini Blasconis plebani ecclesie in Eypernicz, ad presentacionem Andree dicti Strawss ciuis Glathouien. et Dorothee conthoralis, Ruperti clientis de Cluczna nomine filij sui Sigismundi, deputatusque est sibi pro executore plebanus ecclesie in *Chudyenicz.*

**Kunow.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem Wenceslai Rom. et Boemie Regis, ad ecclesiam paroch. in Kunow per mortem dom. Martini vacantem, dom. Nicolaum presbyterum de Rzedel Prag. dioc. capellanum capelle regalis in Hradek crida etc. 1394 22. Septembris.

**Lydycz.** Joh. Kbel decr. doc. etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem discretorum virorum Wenceslai Ortlini ciuis maioris ciuitatis Prag. et Herssonis clientis de Lydicz, in et ad ecclessiam paroch. in Lydicz Maiori, per mortem dom. Johannis vacantem, in qua prefatus Wenceslaus Ortlini ciuis pro ista vice juspatr. racione vicissitudinis inter ipsum ex vna et dictum Herssonem parte ex altera dudum facte dinoscitur obtinere, dom. Mathiam presbyterum de Slana, crida seu proclamacionem premissa, rectorem legitimum instituimus et plebanum, ipsumque de predicta ecclesia cum omnibus juribus etc., ita tamen, quod cedente uel decedente dicto dom. Mathia, aut dicta ecclesia quocumquemodo alio vacante, excepta causa permutacionis, vbi dicti patroni ambo uel successores eorumdem debebunt ad huiusmodi permutacionem consentire, prefatus Hersso cliens, heredes et successores ipsius pro vna vice, et memoratus Wenceslaus,



heredes et successores ipsius pro altera vice, et sic vicissim deinceps et inantea perpetuis temporibus poterunt, debebunt ac tenebuntur ydoneum presbyterum aut clericum ad prefatam ecclesiam tocies, quocies oportunum fuerit, presentare iuxta literarum de et super huiusmodi ordinacionem vicissitudinis factarum continencium et tenorem. In cuius etc. Datum Prage A. D. 1394 die 25. Septembris.

**Pnyewicz.** Joh. Kbel etc. Ad ecclesiam paroch. in Pnyewicz per resignacionem dom. Andree ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. dom. Wenceslai dicti Radecz canonici ecclesie Pragensis, dicte ecclesie patroni, magistrum Martinum de Iglauia olim rectorem altaris S. Siluestri cum dicto dom. Andrea pro eccl. in Pnyewicz antedicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1394 die 2. Octobris.

**Wizow.** Anno quo supra die 2. Octobris data est crida cum confirmacione dom. Stephano presbytero de Bidzow ad ecclesiam in Wizow per resignacionem Hertlini vacantem, ad presentacionem Przibconis clientis ibidem in Wizow. Executor plebanus in *Teplicz.*

**L. III. — S. Marie Prage.** Joh. Kbel etc. Ad altare S. Marie Virg. in ecclesia S. Marie Virg. ante letam curiam maioris ciuit. Prag. per resignacionem Jacobi rectoris eiusdem vacans, de consensu honorabl. dom. Nicolai scolastici ecclesie Wissegrad., Wenceslai et Frane fratrum, nec non Frane Hawer ciuium dicte maioris ciuit. Prag., Johannem clericum de Praga crida etc. ex causa permutacionis cum dicto dom. Jacobo permutantem. 1394 die 3. Octobris.

**Sempnicz.** Anno quo supra die 6. Octobris data est crida dom. Martino olim maiori ministro ecclesie Omnium Sanctorum in castro Prag. ad ecclesiam paroch. in Sempnicz ex causa permutacionis cum dom. Johanne plebano ecclesie in Sempnicz, de consensu Jenconis clientis ibidem de Sempnicz patroni. Executor plebanus in *Tinecz.*

**Opathowicz Prag.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem prouidorum Jeskonis dicti Harrer, Henslini dicti Kether, Henslini dicti Perchtinger ciuium maioris ciuit. Prag. tutorum orphanorum Wilhelmi aurifossoris ciuis ciuitatis antedicte, videlicet Sigismundi, Barbare et Katherine racione vicissitudinis dictos orphanos contingente, quam cum dom. Petro plebano ecclesie S. Michaelis in Opathowicz predicte noue ciuitatis Pragene habere dinoscuntur, ad altare Christi in ecclessia S. Michaelis antedicta per mortem dom. Nicolai rectoris vacans, dom. Wenceslaum presbyterum de Manyetina Prag. dioc. crida seu proclamacione premissa rectorem legitimum instituimus et ministrum, ipsumque de predicto altari cum omnibus juribus

et pertinencijs suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam et administracionem spiritualium et temporalium eidem committimus altaris supradicti, ipsumque ad dictum altare in Dei nomine confirmantes ita tamen, quod dicto dom. Wenceslao cedente uel decedente, aut dicto altari ex quacumque causa preter casum permutacionis vacante, pleb. qui fuerit pro tempore ecclesie S. Michaelis antedicte, rectorem ad altare predictum juxta tenorem vicissitudinis circa ereccionem eiusdem altaris descriptam presentare tenebitur et debebit confirmandum sine contradiccione. In cuius rei etc. 1394 die 7. Octobris.

**Stussina.** Anno quo supra die 16. Octob. data est crida dom. Benessio olim plebano ecclesie in Podhradie Olomuc. dioc. ad ecclesiam in Stussina ex causa permutacionis cum dom. Nicolao, de consensu honorab. dom. Nicolai Abbatis monasterij in Wylemow ordinis S. Benedicti dicte patroni. Executor plebanus in *Ronow* alias in *Protywan.*

**Guntheri Villa.** Anno quo supra die 16. Octob. data est crida dom. Petro olim rectori altaris S. Wenceslai ac ceterorum patronorum in ecclesia parochiali in Lippa ad ecclesiam in Guntheri Villa ex causa permutacionis cum domino Petro, de consensu nobilis dom. Johannis de Michelsperg. Executor plebanus in *Marquardiuilla.*

**Lippa.** Anno quo supra die 16. Octob. data est crida dom. Petro olim plebano ecclesie in Guntheriuilla ad altare S. Wenceslai et ceterorum patronorum in ecclesia paroch. in Lippa ex causa permutacionis cum dom. Petro, de consensu nobilis dom. Hinconis dicti Berka de Hoenstein et dom. in Lippa. Executor plebanus in *Lippa.*

**Dyeczin.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem nobilis dom. Johannis de Wartemberg alias de Dyeczin, ad ecclesiam paroch. ibidem in Dyeczin ex causa priuacionis legitima domini Ephifani vltimi rectoris vacantem, dom. Apeczconem olim plebanum ecclesie in Rozemblicz crida etc. A. D. 1394 die 17. Octobris.

**Trzemessna.** Anno quo supra die 19. Octob. data est crida dom. Wenceslao olim plebano ecclesie in Swetye ex causa permutacionis cum dom. Johanne olim plebano ibidem in Trzemessna, de consensu nobilium Diuissij dicti Mrzak de Miletynek, Zdislai dicti Barbora et Pessiconis ibidem de Trzemessna dicte ecclesie patronorum. Executor plebanus in *Miletyn.*

**L. IV. — Swyetye.** Anno quo supra die 19. Octob. data est crida dom. Johanni olim plebano ecclesie in Trzemessna ex causa permutacionis cum dom. Wenceslao olim plebano in Swetye, de consensu Vlrici commendatoris domus S. Jacobi



preurbij Grecensis cruciferorum de domo theutonica ordinis S. Marie. Pro exec. plebanus ecclesie in *Nedyelistz.*

**Hrussicz.** Anno quo supra die 9. Octob. data est crida cum commiss. et confirm. dom. Jacobo de Duba presbytero ad ecclesiam in Hrussicz per mortem dom. Petri rectoris, ad presentacionem nobilis dom. Andree de Duba alias de Zlonicz. Pro executore plebanus in *Hradistz.*

**Koslingswald.** Anno quo supra die 19. Octob. data est crida dom. Nicolao presbytero de Landek Prag. dioc. ad ecclesiam in Koslingswald, per resignacionem dom. Nicolai vacantem, ad presentac. famosorum virorum Petri et Bernhardi clientum de Podyetein et domine Hedwigis quondam Henrici de Glubicz. Executor decanus Glacen. plebanus in *Hawelswerd.*

**Rocytnyk.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem venerabl. dom. Wenceslai electi monasterij Sderasiensis ac tocius conuentus ordinis sacri sepulcri dominici ad ecclesiam parochl. in Rocytnyk per mortem dom. Mathie, Paulum de Ledczek presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1394 die 22. Octobris.

**Catussicz.** Ad presentac. honestarum matronarum Anezcze vidue et Dorothee virginis de Dubnïcz alias de Catussicz, ad ecclesiam ibidem in Catussicz per mortem dom. Wenceslai vacantem, Nicolaum presbyterum de Jaromir Prag. dioc. crida etc. Dat. Prage 1394 die 23. Octob.

**Nouauilla.** Ad presentac. strenui militis Wlastzconis de Nouauilla ad ecclesiam ibidem per mortem dom. Drzconis vacantem, Borzconem olim plebanum in *Jerzicz* crida etc. 1394 23. Octobris.

**Schoneberg.** Anno quo supra die 25. Octobr. data est crida dom. Petro olim plebano ecclesie in Pobsthain Wratisl. dioc. ad ecclesiam paroch. in *Soneberg* ex causa permutacionis cum dom. Henrico olim plebano in Soneberg, de consensu honorb. et religiosi dom. Nicolai Abbatis monasterij in Grissaw S. Marie ordinis Cisterciensis. Pro exec. deput. plebanus in *Prussnicz* decanus Curiensis.

**Bohuslaw.** Anno quo supra die 27. data est crida dom. Johanni presbytero de Thachowia Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Bohuslaw per mortem dom. Raczconis vacantem, in qua dom. Rex Roman. et Boemie juspatr. dinosc. obtinere. Executor plebanus in *Merica.*

**S. Martini Prage.** Joh. Kbel et Woyslaus etc. Ad altare S. Eulogij in ecclesia S. Martini in Muro maior. ciuit. Prag. per resignacionem dom. Hanconis ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorabl. dom. Wenceslai plebani ecclesie S. Martini antedicte et honeste matrone Clare relicte quondam

Henslini Freyberger ciuis dicte ciuitatis Prag., Nicolaum olim rectorem altaris SS. Petri et Pauli Apostolorum in ecclesia S. Nicolai maior. ciuitatis Prag. cum dicto dom. Hancone permutantem crida etc. Datum Prage Anno quo supra die penultima mensis Octobris.

**L. V. — S. Nicolai Prage.** Quod nos ad altare SS. Petri et Pauli Apostolorum in eccl. S. Nicolai maioris ciuitatis Prag. per resignacionem dom. Nicolai ex causa permutacionis vacans, de consensu honorbl. dom. Benessij plebani eiusdem ecclesie dicte altaris patroni, dom. Hanconem olim rectorem altaris S. Eulogij in ecclesia S. Martini in Muro maioris ciuit. Prag. cum dicto Nicolao permutantem crida etc. 1394 penultima Octobris.

**Lossan.** Anno quo supra 2. Nouembris data est crida domino Blasio presbytero de Zasmuk ad ecclesiam in Lossan per mortem Jaxonis vacantem, ad presentacionem honeste matrone Anne relicte olim Ticzfetter ciuis de Montibuschutnis. Executor plebanus in *Wodyerad.*

**Rozemblicz.** Anno quo supra die 5. Nouemb. data est crida dom. Petro de Worstz presbytero Misnen. dioc. ad ecclesiam in Rozemblicz vacantem ex eo, quod dominus Apeczka vltimus rector aliud beneficium est assecutus, ad presentacionem nobilis dom. Johannis de Wartemberg domini in Dyeczin. Pro executore plebanus in *Neboczad* deput.

**Wrben.** Joh. Kbel etc. Woyslaus. Ad ecclesiam paroch. in Wrben per resignacionem domini Benessij ex causa permutacionis vacantem, de consensu Religiosi dom. Sdenconis supremi magistri ordinis cruciferorum in latere pontis Prag., dom. Mathiam olim plebanum in *Chodecz* cum dicto dom. Benessio permutantem crida etc. 1394 6. Nouembris.

**Chodecz.** Ad ecclesiam parochialem in Chodecz per resignacionem dom. Mathie ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi Henrici clientis de Chodecz et Jacobi dicti Rywl ciuis in Luna dicte patronorum, Benessium olim plebanum eccl. in Wrben cum Mathia antedicto permutantem crida etc. Datum Prage 1394 6. Nouembris.

**Osswraczin.** Joh. Kbel etc. Ad ecclesiam paroch. in Osswraczin per resignacionem dom. Wilhelmi rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosorum Michalconis de Dub et Nechwalonis de Osswraczin clientum, Gymramum olim rectorem altaris S. Crucis in ecclesia S. Nicolai in foro pullorum Maioris Ciuitatis Prag. cum dicto dom. Wilhelmo pro eadem ecclesia permutantem crida etc. Prage 1394 6. Nouembris.



**S. Nicolai Prage.** Joh. Kbel et Woyslaus etc. Ad altare S. Crucis in ecclesia S. Nicolai in foro pullorum Maior. Ciuit. Prag. per resignacionem dom. Gymrami ex causa permutacionis vacans, de consensu discreti Wenceslai dicti Stuk ciuis antedicte Maioris Ciuitatis Prag. dom. Wilhelmum olim plebanum ecclesie in Osswraczin cum dicto domino permutantem crida 1394 6. Nouembris.

**S. Leonardi Prag.** Joh. Kbel etc. Quod orta coram nobis dudum causa et materia questionis de et super altari beate Marie Virg. in ecclesia S. Leonardi Maior. Ciuit. Prag. per mortem Jacobi vltimi rectoris vacante, inter discretos viros Nicolaum presbyterum de Praga per prouidum virum Dekossium ciuem dicte maioris Ciuitatis Prag., tutorem orphanorum quondam Alberti Ditlini, ciuis dicte ciuitatis Prag. videlicet Alberti, Leonardi et Barbare ex vna, et Mathiam similiter presbyterum de Lissa per honorbl. dom. Wenceslaum plebanum ecclesie in Litoznicz similiter tutorem orphanorum prescriptorum parte ex altera, hincinde ad altare antedictum presentatos per tutores prescriptos. Nos ex deductis, probatis et allegatis in judicio in causa presenti, prefatum dom. Mathiam per dictum dom. Wenceslaum nomine tutorio orphanorum antedictorum presentatum in possessorio ad altare S. Marie predictum decreuimus confirmandum, ac rectorem legitimum dicti altaris instituimus et ministrum, ipsumque de predicto altari cum omnibus juribus etc. 1394. 9. Octobris.

**L. VI. — S. Michaelis Prag.** Joh. Kbel et Woyslaus etc. Ad presentacionem et petic. discretorum Augustini et Mathie fratrum ciuium Pragensium, ad altare SS. Virginum Margarethe et Dorothee, situm in eccl. S. Michaelis Maior. Ciuit. Prag. per mortem Bohunconis vacans, Laurencium de Domassin presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1394 9. Nouembris.

**Czwikouia.** Anno quo supra 12. Nouemb. data est crida cum commissione confirmacionis Wenceslao de Lipa presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam parochl. in Czwikouia per mortem Nicolai, ad presentacionem nobilis dom. Hinconis Berka dicti Dubsky domini in Mulsteyn dicte ecclesie patroni. Executor decanus Lipensis plebanus in *Slup.*

**Pyeska.** Joh. Kbel et Woyslaus etc. Ad presentacionem et peticionem discreti viri Nicolai dicti Wolinsky ciuis in Pyeska, ad altare S. Procopij in ecclesia paroch. in Pyeska de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiast. erectum, discretum dom. Troianum presbyterum de Chinow Prag. dioc. crida etc. 1394 16. Nouemb.

**Swin.** Anno quo supra die 20. Nouemb. data est crida Michaeli olim plebano ecclesie in Bossilecz ad ecclesiam in

Swin per mortem Buzkonis vacantem, ad presentacionem nobilis domini Henrici de Rozemberg.

**Bossilecz.** Anno quo supra die 20. Nouembris data est crida Johanni presbytero de Trziebnicz ad ecclesiam in Bossilecz vacantem ex eo, quia dom. Michael ecclesiam parochialem in Swin per mortem domini Buzkonis vltimi rectoris pacifice est assecutus, ad presentacionem nobilis domini Henrici de Rozemberg.

**Hossin.** Joh. Kbel decr. doctor et Woyslaus plebanus in Miliczin. Ad presentacionem dom. Wenceslai Regis Roman. et Boemie, ad ecclesiam paroch. in Hossin per resignacionem domini Plachtonis vacantem, discr. Reynhardum de Zestowicz clericum Prag. dioc. crida etc. 1394. 19. Octobris.

**Elaw.** Ad presentacionem dom. Wenceslai Rom. et Boemie Regis ad ecclesiam paroch. in Elaw per mortem dom. Mucz-conis vacantem, discretum virum magistrum Cristanum de Prachaticz clericum Prag. dioc. crida 24. Nouembris.

**Jerzicz.** Ad presentacionem et peticionem famosorum virorum Machconis de Miletynek alias de Jerzicz, Marquardi de Mocrowus alias de Jerzicz, Johannis dicti Tupecz de Jerzicz et Johannis dicti Raschin clientis, dedimus cridam cum commissione confirmacionis domino Mathie de Lubna presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam parochialem in Jerzicz ex eo, quod dom. Boczko aliud beneficium est assecutus vacantem, estque sibi pro executore plebanus in *Horziemyewess* deputatus. Anno quo supra die 25. Nouembris.

**Monteschutni.** Johannes Kbel et Woyslaus corrector cleri etc. Ad presentacionem prouidi Bernhardi ciuis de Montibuschutnis, ad perpetuam missam in superiori ecclesia in Montibuschutnis per resignacionem dom. Bartholomei plebani in Werona, dom. Nicolaum de Werona ibidem presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1394 die 27. Nouembris.

**Hossin.** Vicarij etc. Cum nos discretum virum Raynhardum clericum de Zestowicz ad ecclesiam parochialem in Hossin per resignacionem dom. Plachonis in manibus prefati dom. Regis factam et per nos auctoritate ordinaria approbatam, ratificatam et admissam, duxerimus instituendum et confirmandum. Quare vobis dom. plebano in Syevetin etc. 1394 die 19. Octobris.

**L. VII. — Petrouicz.** Joh. Kbel et Woyslaus etc. Ad presentacionem prouidi Nicolai Clementer ciuis maioris Ciuitatis Prag., ad ecclesiam paroch. in Petrouicz per mortem dom. Gregorij vacantem, dom. Petrum presbyterum de Tusta Prag. dioc. crida etc. 1394 die 28. Nouembris.



**Coczleriuilla.** Anno quo supra data est crida dom. Blasio presbytero de Vlibicz ad eccles. paroch. in Coczleriuilla per mortem dom. Bohunconis vacantem, ad presentacionem prouidi Johannis dicti Stemphil ibidem de Coczleriuilla. Executor plebanus in *Wytonicz.*

**S. Michaelis Prag.** Ad altare SS. Virginum Dorothee et Margarethe in eccl. S. Michaelis maioris Ciuit. Prag. per resignac. dom. Duchconis vlt. rectoris vacans, de consensu Augustini et Mathie fratrum ciuium eiusdem Maioris Ciuit. Prag., dom. Paulum olim plebanum ecclesie in Budiswicz Olomuc. dioc. cum dicto Duchcone pro altari antedicto permutantem crida etc. 1394 1. Decembris.

**Kowan.** Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod vacante ecclesia paroch. in Kowan per mortem dom. Joh. vlt. et immed. rectoris eiusdem, causa super eadem ecclesia fuit exorta, in qua due sentencie diffinitiue sunt late et promulgate, ex quarum tenore prefatus dom. noster Archiepiscopus ad presentacionem et peticionem famosorum Bohussij et Sulconis clientum ac Elisabeth virginis de Kowan dom. Wenceslaum Viti de Costomlath Dyaconum Prag. dioc. rectorem legitimum instituit et plebanum, ipsumque de predicta ecclesia etc. A. D. 1394 3. Decembris.

**Hostywicz.** Joh. Kbel et Woyslaus Vicarij etc. Ad presentacionem honorab. dom. Nicolai dicti Miranda canonici ecclessie Melnicensis in et ad ecclesiam in Hostywicz per mortem domini Pauli vacantem, honorbl. dom. Czenconem presbyterum de Praga crida etc. 1394 die 4. Decembris.

**Chinow.** Anno quo supra die 5. Decemb. data est crida dom. Johanni Sdenconis de Plzna ad ecclesiam parochl. in Chinow per mortem dom. Johannis vacantem, ad presentacionem Venerabilium Petri de Wsserub correctoris literarum apostolicarum, et Nicolai similiter de Wsserub etc. procuratorum honorabilis dom. Petri canonici ecclesie S. Chistophori in Tyn dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Hlassiua.*

**Nouadomus.** Joh. Kbel et Woyslaus etc. Ad presentacionem honorbl. et relig. dom. Alberti de Duba prouincialis per Boemiam et Morauiam ordinis S. Marie domus theutonice, ad ecclesiam parochialem in Noua domo ex eo, quod frater Wenceslaus ordinis predicti professus aliud beneficium, videlicet ecclesiam parochl. in Opavia Olomuc. dioc. est assecutus vacantem, religiosum fratrem Leonardum professum ordinis antedicti crida etc. 1394 die 11. Decembris.

**Sewetin.** Joh. Kbel et Woyslaus. Ad presentacionem dom. Wenceslai Rom. et Boem. Regis ad ecclesiam paroch.

in Sewetin per mortem domini Wenceslai vacantem, Smilonem clericum de Colenecz crida etc. 1394 die 18. Decemb.

**L. VIII. — Warmsdorff.** Anno quo supra die 18. Dec. data est crida domino Conrado dicto Miles de Colmen presbytero ad ecclesiam paroch. in Warmsdorff per mortem dom. Johannis vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Wenceslai de Wartburg alias de Žakup dicte ecclesie patroni. Pro executore plebanus in *Martini Villa*.

**Swyetla.** Anno quo supra die 16. Decemb. data est crida dom. Johanni olim plebano in Antiquaplzna ad ecclesiam in Swyetla ex causa permutacionis cum dom. Blazcone olim plebano in Swyetla, de consensu honorb. et relig. dom. Nicolai Abbatis monasterij in Wylemow dicte ecclesie patroni, et fuit sibi pro executore plebanus in *Ledecz* deputatus.

**Antiquaplzna.** Anno quo supra die 18. Decemb. data est crida dom. Blazconi olim plebano ecclesie in Swyetla ad ecclesiam in Antiquaplzna ex causa permutacionis cum dom. Johanne olim plebano in Antiquaplzna, de consensu honorb. dom. Johannis prepositi ecclesie Wissegrad. dicte ecclesie in Antiquaplzna patroni. Pro exec. deputatus plebanus in *Rokyczano*.

**Albertiuilla.** Anno quo supra die 18. Decemb. data est crida dom. Johanni olim plebano ecclesie in Buchwald cum dom. Simone olim plebano in Alberti Villa permutante, de consensu honorb. domini Wenceslai prepositi monasterij Sderasien. in Praga dicte ecclesie patroni. Executor in *Chwalcz* plebanus.

**Rziepin.** Joh. Kbel etc. et Woyslaus etc. Ad presentacionem nobilis et relig. dom. Alberti de Duba prouincialis per Boemiam et Morauiam ordinis S. Marie domus theutonice ad ecclesiam parochl. in Rziepin ex eo, quod frater Leonardus aliud beneficium videlicet ecclesiam parochl. in Nouadomo est assecutus, vacantem, relig. fratrem Erasmum professum ordinis eiusdem crida etc. 1394 19. Decembris.

**Nezwesticz.** Anno quo supra die 19. Decemb. data est crida Johanni presbytero in Nechwalicz ad ecclesiam in Neswiesticz per mortem Blahothe vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Rozmberg. Executor plebanus in *Zakawia*.

**Hrziedl.** Anno quo supra die 19. Decembris data est crida dom. Wenceslao dicto Lucas olim mansionario chori beate Marie Virg. in ecclesia Prag. ex causa permutacionis cum dom. Henrico olim plebano ecclesie ibidem in Hrziedl, de consensu dom. Wenceslai Rom. et Boemie Regis. Exec. plebanus in *Nessuchin*.



**Arnostowicz.** Anno quo supra die 19. Decemb. data est crida dom. Wenceslao Vicario in Miliczin Prag. dioc. ad ecclesiam in Arnostowicz per mortem dom. Johannis vacantem, ad presentacionem famosorum Jarohnyewij dicti Woyhak de Krzieczowicz, Alberti et Mstichonis fratrum de Sedlecz. Executor plebanus in *Miliczin*.

**Sanow.** Anno quo supra die 19. Decemb. data est crida dom. Petro plebano ecclesie in Luzna ad ecclesiam in Sanow ex causa permutacionis cum dom. Johanne, de consensu dom. Alssonis plebani ecclesie in Syenomath, Johannis dicti Kumpanecz de Sanow, Johannis dicti Suchomele de Czrnczicz residentis in Sanow et dom. Katherine relicte quondam Vlrici de Sanow. Executor plebanus in *Sienomath*.

**Luzna.** Anno quo supra die 19. Decemb. data est crida dom. Johanni olim plebano ecclesie in Sanow ad ecclesiam in Luzna ex causa permutacionis cum dom. Petro, de consensu dom. Wenceslai Roman. et Boemie Regis dicte ecclesie patroni. Deputatus est sibi pro execut. plebanus in *Lissano*.

**L. IX. — Pnyewicz.** Joh. Kbel etc. et Woyslaus etc. Ad ecclesiam paroch. in Pnyewicz per resignacionem domini Martini ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. dom. Wenceslai Radecz decani S. Appollinaris noue ciuitatis Prag. et canonici ecclesie Prag. racione dictorum canonicatus et prebende dicte ecclesie in Pnyewicz patroni, honorab. dom. Martinum olim altaristam altaris S. Nicolai in ecclesia paroch. S. Nicolai maioris Ciuitatis Prag. cum dicto dom. Martino permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1394 25. Decembris.

**S. Nicolai Prage.** Johannes Kbel et Woyslaus. Ad altare S. Nicolai situm in ecclesia S. Nicolai in foro pullorum Maioris Ciuitatis Pragensis ex causa permutacionis cum honorab. dom. Martino vltimo et immediato ipsius altaris rectore in manibus nostris facte, per nos recepte et admisse vacans, de consensu prouidorum virorum Francisci Wernheri de Egra et Johannis Appotecarij ciuium maioris Ciuitatis Pragensis, honorab. dom. Martinum olim plebanum ecclesie in Pnyewicz cum dicto dom. Martino pro ecclesia in Pnyewicz permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1394 die 15. Decembris.

**Theodriciuilla.** Anno quo supra die 25. Decemb. data est crida cum commissione et confirmacione dom. Johanni presbytero de Ostrowa Prag. diocesis ad ecclesiam in Theodriciuilla vacantem ex eo, quod dom. Nicolaus aliud beneficium incompatibile est pacifice assecutus, ad presentacionem famosi viri Henrici Burgrauij in Donyn domini in Greyffstain

dicte ecclesie in Theodriciuilla patroni. Executor plebanus in *Reyndolshain*.

**Budymirzicz**. Anno Domini MCCCLXXXXIV. die 23. mensis Decembris data est crida cum commissione confirmacionis dom. Johanni presbytero de Nymburga ad ecclesiam parochialem in Budymirzicz, per liberam resignacionem dom. Hugonis vltimi et immediati rectoris eiusdem in manibus domini Mathie decani Hawranensis plebani ecclesie in *Jessenik* factam et auctoritate nostra receptam et admissam vacantem, ad presentacionem Serenissimi Principis dom. Wenceslai Romanorum et Boemie Regis. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Bossin*.

---

## Libri V. Annus 1395.

**L. IX. — Cotchawicz**. Anno Domini Millesimo Trecentesimo nonagesimo quinto die secunda mensis Januarij data est crida cum commissione et confirmacione domino Wenceslao presbytero ad altare Corporis Christi in ecclesia parochiali in *Cotchowicz*, per resignacionem domini Blasij vltimi et immediati ipsius altaris rectoris in manibus nostris factam et per nos receptam et admissam vacans, de consensu strenui Militis Nicolai et Wolfardi fratrum de Collen dicti altaris patronorum, et fuit sibi pro executore plebanus in *Wlczicz* deputatus.

**Tbyt**. Johannes Kbel et Woyslaus etc. Quod nos in et ad ecclesiam in *Tbyt* per mortem dom. Mathie vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem dom. Wenceslai Romanorum et Boemie regis dicte ecclesie patroni, discretum virum dom. Nicolaum de Zacz presbyterum Prage crida etc. 1395 4. Januarij.

**Pyeska**. Joh. Kbel etc. et Woyslaus etc. Ad altare S. Procopij in ecclesia paroch. in *Pyeska* per resignacionem dom. Troiani ex causa permutacionis de consensu prouidi viri Nicolai dicti Wolynsky ciuis de Pieska patroni, honorab. dom. Wenceslaum Dobrman olim scolasticum ecclesie Boleslauiensis cum dicto dom. Troyano pro altari predicto permutantem crida etc. 1395 4. Januarij.

**Trutnow**. Joh. Kbel et Woyslaus etc. Ad presentacionem domine Katherine relicte olim Alberti Gotfridi ciuis de Trutnow, ad officium habendi, tenendi et recipiendi sex marcas redditus per bone memorie Nicolaum Gotfridi de Trutnow pro animabus fidelium defunctorum ibidem donatas, per mortem dom. Nicolai vacans, cuius officij donacio ad prefatam Katherinam jure hereditario spectare dinoscitur, discr. Johannem clericum ibidem de Trutnow crida etc. 1395 die 4. Jauuarij.

**L. X. — Duban**. Joh. Kbel et Woyslaus etc. Ad presentacionem Nobilis dom. Vlrici dicti Lepus de Hazemburg et famosorum Alssonis et Mitronis clientum de Duban, ad

ecclesiam in Duban, per mortem dom. Johannis vacantem, dom. Hanconem de Slawyetin presbyterum Prag. diocesis crida etc. 1395 4. Januarij.

**Bezdyess.** Ad presentacionem honorabilium dominorum Procopij Abbatis et conuentus monasterij S. Karoli in Noua Ciuitate Pragensi ordinis S. Augustini, in et ad ecclesiam parochialem seu perpetuam vicariam in Bezdyess vacantem ex eo, quod dominus Martinus eadem per sentenciam nostram priuatus existit, religiosum fratrem Crucem professum monasterij predicti crida etc. 1395 4. Januarij.

**Piesska.** A. D. 1395 12. Januarij data est crida cum commissione confirmacionis dom. Petro presbytero de Harauicz ad altare S. Procopij in Piesska, ad presentacionem Nicolai dicti Walensky ciuis ibidem in Piesska per resignacionem dom. Wenceslai Dobrman vltimi rectoris eiusdem vacans. Executor plebanus ibidem in *Piesska*.

**Opathouicz.** Johannes Kbel et Woyslaus etc. Ad presentacionem prouidorum Jaxonis et Nicolai dicti Milnar ciuium maioris ciuitatis Prag., ad altare S. Marie Virginis in ecclesia S. Michaelis in Opathouicz Noue Ciuitatis Prag. per resignacionem Sigismundi vacans, discr. Wenceslaum clericum de Chlum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1395 14. Januarij.

**Byestna.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem prouidi Procopij ciuis de Raconik residentis in Jencz, ad ecclesiam paroch. in Jencz vacantem ex eo, quod dom. Nicolaus aliud beneficium est assecutus, discr. Johannem presbyterum de Blssano crida etc. 1395 14. Januarij.

**Cunraticz.** Anno quo supra die 15. Januarij data est crida cum confirmac. dom. Sdenconi presbytero de Pobipess ad ecclesiam in Cunraticz per mortem dom. Sdislai vacantem, ad presentacionem famosorum Petri et Jaroslai fratrum germanorum de Wyeznik, ac nobilis dom. Johannis de Wlassim. Executor plebanus in *Chotyssan*.

**Peczek.** Anno quo supra die 15. Januarij data est crida cum confirm. Mathie rectori altaris S. Blasij in ecclesia Prag. ad ecclesiam paroch. in Peczek, per resignacionem dom. Johannis dicti Wartemberg ex causa permutacionis vacantem, de consensu honeste matrone Anne relicte Wenceslai Ochslini de Peczek et Marssonis de Bohuniwicz. Executor plebanus in *Nebowid*.

**M. I. — S. Gastuli in Praga.** Joh. Kbel et Woyslaus etc. Ad presentacionem Jaxonis et Nicolai dictorum Milnar ciuium Maioris Ciuitatis Prag., ad altare S. Marie Virg. in ecclesia S. Gastuli eiusdem Ciuitatis Prag. per mortem dom.



Martini vacans, in quo prefati Jaxo et Nicolaus ciues juspatr. dinoscuntur obtinere, dom. Johannem de —, presbyt. Prag. dioc. crida etc. 1395 15. Januarij.

**Studenka.** Anno quo supra 21. Januarij data est crida cum commissione confirmacionis dom. Zdenconi olim rectori altaris beate Marie Virg. in capella S. Marie in suburbio ciuitatis Lippensis, ex causa permutacionis cum dom. Laurencio ad ecclesiam paroch. in Studenka, de consensu Johannis Lissecz dicti Oczass de Zasada dicte ecclesie patroni.

**Lippa.** Anno ut supra die 21. Januarij data est crida dom. Laurencio olim plebano ecclesie parochialis in Studenka, ex causa permutacionis cum Zdenone ad altare beate Marie Virg. in capella S. Marie in ciuitate Lippensi, de consensu magistri ciuium et juratorum scabinorum ciuitatis Lippensis predicte patronorum dicti altaris. Executor deputatus plebanus in *Lippa*.

**Conratecz.** Anno ut supra die 22. Januarij data est crida dom. Martino de Vessele presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Conratecz, per mortem Zdenconis, ad presentacionem nobilis dom. Johannis de Wlassim, ac famosorum clientum Petri et Jaroslai fratrum de Wieznyk dicte ecclesie in Conratecz patronorum. Executor plebanus in *Zdislawicz*.

**Beczow.** Ad presentacionem nobilis dom. Wenceslai de Coldicz ad ecclesiam par. ibidem per mortem dom. Martini vacantem, discr. Johannem Rudolfi de Carlicz clericum Misnensis diocesis crida etc. 1395 23. Januarij.

**Krymow.** Anno quo supra die 25. Januarij data est crida dom. Nicolao olim plebano in Zdar ex causa permutacionis cum dom. Reynoldo, ad ecclesiam parochialem in Krymow, de consensu dom. Wenceslai Roman. et Boemie regis patroni. Pro executore plebanus in *Gyrkow*.

**Zdar.** Anno quo supra 25. Januarij data est crida Reynoldo olim plebano ecclesie in Krymow ad ecclesiam paroch. in Zdar, ex causa permutacionis dom. Nicolai ipsius ecclesie in Zdar rectoris vacantem, de consensu honesti viri Sazeme clientis ibidem de Zdar eiusdem ecclesie patroni. Deputatus est sibi plebanus ecclesie in *Wylemow* pro executore.

**Lompnicz.** Anno quo supra 26. Januarij data est crida Protywe clerico de Woynicz Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Lompnicz per mortem domini Viti vacantem, ad presentacionem Wenceslai Rom. et Boemie regis patroni. Executor plebanus in *Slowyenicz*.

**Porziecz Prag.** Joh. Kbel etc. Ad presentacionem prouidorum Laurencij, Martini, Raychlini, Martini sutoris et Benesij ciuium noue ciuit. Prag. ad altare S. Marie Virg. in

ecclesia S. Clementis in Porziecz noue ciuitatis antedicte, per mortem dom. Andree rectoris vacans, discr. Martinum presbyterum Luthomislensis diocesis crida etc. 1395 4. Februarij.

**Rozkow.** Anno quo supra 4. Febr. data est crida dom. Johanni de Horzicz presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam parochialem in Bozkow per mortem dom. Alssonis vacantem, ad presentacionem dom. Hassconis de Lemberg dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Semyl.*

**M. II. — Curim.** Ad presentacionem Wenceslai Rom. et Boemie regis ad ecclesiam paroch. in Curim per mortem dom. Cunssonis vacantem, honorabilem magistrum Cristanum de Prachaticz subdiaconum Prag. dioc. olim plebanum ecclesie in *Elaw* crida etc. 1395 6. Februarij.

**S. Marie Prage.** Joh. Kbel et Woyslaus etc. Ad ecclesiam paroch. S. Marie ante letam curiam maioris ciuitatis Pragensis per resignacionem honorabl. magistri Mathei de Cracouia, sacre theologie professoris, ex causa permutacionis in manibus etc. vacantem, de consensu honesti dom. Mathie dicti de Turri ciuis eiusdem maioris ciuitatis Prag. pro interesse suo, nec non honorabilis domini Wenceslai decani ecclesie S. Petri Wissegradensis pro interesse decanatus predicte ecclesie S. Petri Wissegraden., honorabl. dom. Johannem Wartemberg nuncupatum, olim rectorem altaris S. Sigismundi in ecclesia paroch. in Zatauia Misnen. diocesis cum prefato magistro Matheo pro ecclesia S. Marie permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1395 die 5. Februarij.

**Vlriciuilla.** Anno quo supra 5. Febr. data est commissio cum confirmacione domino Johanni de Ebrsbach presbytero ad ecclesiam paroch. in Vlriciuila per mortem dom. Jacobi vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Czenkonis de Donyn dicte ecclesie patroni. Pro executore plebanus in *Fridericiuilla* deputatus.

**Kostelecz.** Joh. Kbel et Woyslaus etc. Quod nos ad presentacionem nobilium dom. Johannis de Zampach, Mixiconis de Jaroslauicz, ac Wenceslai Krczin fratrum dictorum de Potenstain, in et ad capellam S. Wenceslai in Kostelecz, per mortem dom. Prziechonis vltimi et immed. ipsius altaris rectoris vacantem, honorb. virum dom. Nicolaum de Potenstain Archidiaconum Curimen. crida etc. Dat. Prage A. D. 1395 die 9. Febr.

**Elaw.** Joh. Kbel etc. Woyslaus etc. Ad presentac. Wenceslai Rom. et Boemie Regis, ad ecclesiam paroch. in Elaw vacantem ex eo, quod magister Cristannus vltimus dicte ecclesie rector, ecclesiam paroch. in Gurim pacifice est assecutus,



discr. virum Hanusconem natum Nicolai de Jansdorff Wratislau. dioc. etc. Anno 1395 die 10. Februarij.

**S. Marie Virg. Prag.** Joh. Kbel et Woyslaus etc. Q. n. ad presentac. et petic. prouidi viri Francisci Rokyczaner ciuis maioris ciuitatis Prag., in et ad altare S. Procopij ante letam curiam eiusdem ciuitatis, per liberam resign. dom. Johannis dicti Wartemberg, vlt. et immed. rectoris ipsius vacantem, honorabl. virum Martinum plebanum ecclesie in Pnyewicz, inquisitorem heretice prauitatis, in persona discreti viri domini Peczoldi de Nouaplzna procuratoris ipsius legitimi pro eo etc. crida etc. Datum Prage A. D. 1395 die 6. mens. Februarij.

**S. Nicolai Prag.** Ad presentacionem prouidi Francisci Rokyczaner ac honeste matrone domine Ele matris eiusdem, ciuium maioris ciuitatis Prag., ad altare S. Laurencij in ecclesia paroch. S. Nicolai in foro pullorum eiusdem ciuitatis Prag. per mortem dom. Cunssonis vacans, discr. Johannem dictum Wartemberg plebanum ecclesie S. Marie ante letam curiam dicte maioris Ciuitatis Prag. crida etc. 1395 10. Februarij datum.

**M. III. — Czaslauia.** Ad presentacionem prouidorum Simonis Pule Andree de Budczicz, Jacobi Pulcher et Jacobi de Budczicz, tutorum heredum seu orphanorum quondam Hanussconis de Budczicz ciuium in Czaslauia, ad altare S. Nicolai in ecclesia paroch. in Czaslauia, per mortem domini Nicolai vltimi rectoris vacans, discr. dom. Wenceslaum presb. de Czaslauia crida seu procl. etc. 1395 12. Februarij.

**Pocziepicz.** Ad presentacionem nobilis domini Purkardi de Janouicz ad altare S. Marie Virg. in ecclesia paroch. in Pocziepicz, per mortem Blazconis rectoris vacans, discr. dom. Johannem de Sedlczano presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1395 13. Februarij.

**Petrowicz.** Ad presentacionem Wssechonis et Petri fratrum clientum de Petrowicz, ad ecclesiam paroch. in Petrowicz per mortem dom. Wilhelmi vacantem, discretum Thobiam dictum Dobess clericum de Popowicz crida etc. 1395 14. Februarij.

**Dymokur.** Ad presentacionem honestorum domini Thome plebani ecclesie in Dymokur, et Jaclini clientis ibidem de Dymokur, ad capellaniam beate Marie Virg. in ecclesia parochiali ibidem in Dymokur per mortem dom. Johannis vltimi eiusdem capellanie rectoris vacantem, discretum presbyterum de Copidlna crida etc. 1395 26. Februarij.

**S. Galli Pragensis.** Ad presentacionem prouidorum Leonardi quondam Nicolai de Wienna, Alberti quondam Francisci dicti Camerer, Clare dicte Fribergerij ac Clare Conradi de Nuremberga ciuium maioris Ciuit. Prag., ad altare SS. duode-

cim Apostolorum in ecclesia S. Galli predicte maioris Ciuit. Prag. per resignacionem domini Drslai vlt. et immediati rectoris eiusdem, in manibus nostris per magistrum Luduicum de Drezden procuratorem ipsius legitimum factam vacans, discr. Johannem de Tepla clericum Wratislauien. dioc. crida etc. 1395 26. Februarij.

**Nira.** Anno quo supra 27. Febr. data est crida Johanni Nicolai de Nira clerico Prag. dioc., ad ecclesiam parochialem ibidem in Nira per mortem dom. Ade vacantem, ad presentacionem famosorum Borinconis de Stitar et Marssiconis de Hradek capitaneorum ciuitatis Tustensis dicte ecclesie patronorum. Pro executore plebanus in *Dessenicz.*

**Naczieracz.** Ad ecclesiam paroch. in Naczieracz per resignacionem dom. Petri ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi Vitkonis de Selemberg alias de Podol dicte ecclesie patroni, discr. dom. Herssonem olim plebanum ecclesie in Zahradka cum dicto dom. Petro permutantem crida etc. 1395 27. Februarij.

**Zahradka.** Joh. Kbel etc. et Woyslaus etc. Ad ecclesiam paroch. in Zahradka per resignacionem dom. Herssonis ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorb. dom. Johannis de Smylkow, prepositi ecclesie Omnium Sanctorum in castro Prag. ac canonici prebendati ecclesie Vissegradensis patroni, discr. dom. Petrum olim plebanum ecclesie in Naczieracz cum domino Herssone predicto pro ecclesia in Zahradka antedicta permutantem crida seu proclamacione etc. Datum Prage A. D. 1395 25. Februarij.

**M. IV. Sicca.** Anno quo supra die 3. Marcij data est crida Martino olim plebano ecclesie in Lustyenicz ad ecclesiam in Sicca, ex causa permutacionis cum dom. Henrico olim plebano in Sicca, de consensu Wenceslai Rom. et Boemie regis. Executor plebanus in *Longauilla.*

**Lustyenicz.** Anno quo supra 3. Marcij data est crida Henrico olim plebano in Sicca ex causa permutacionis cum dom. Martino olim plebano in Lustienicz ad ecclesiam in Lustienicz, de consensu famosi Vilhelmi de Swyerzieticz patroni. Executor plebanus in *Rayssicz.*

**Sobyessin.** Ad ecclesiam in Sobyessin per resignacionem dom. Petri ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosorum Machconis, Johannis, Sdeslai et Marquardi fratrum ibidem de Sobyessin dicte ecclesie patronorum, discr. Wenceslaum olim capellanum in ecclesia parochiali in Zrucz cum dicto dom. Petro pro ecclesia permutantem crida etc. 1395 5. Marcij.



**Luczim.** Ad presentacionem et peticionem famosorum Stomiri de Tupadl, Wilhelmi de Strubecz ac fratrum ipsius clientum, in et ad ecclesiam paroch. in Luczim, per mortem dom. Andree vacantem, religiosum fratrem Johannem professum monasterij Cladrubensis ordinis S. Benedicti ex indulto religiosorum virorum prioris et conuentus monasterij antedicti, nec non ex dispensacione domini nostri Archiepiscopi predicti crida etc. 1395 5. Marcij.

**Bossillecz.** Anno quo supra 11. Marcij data est crida Nicolao olim plebano ecclesie in Lutowa ad capellaniam in ecclesia paroch. in Bossilecz, per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Rozemberg dicte patroni. Pro executore plebanus in *inferiori Bukowsk.*

**Bossilecz.** Anno quo supra 11. Marcij data est crida Johanni olim capellano in ecclesia paroch. in Bossilecz ad ecclesiam paroch. in Luthowa per resignacionem dom. Nicolai olim plebani ipsius ecclesie in Luthowa vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Rozemberg dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Straz.*

**Lipowa.** Anno quo supra 12. Marcij data est crida Symoni presbytero de Welwaro ad ecclesiam paroch. in Lipowa per resignacionem dom. Wenceslai, de consensu Ottonis de Luthartstorff ipsius patroni. Executor plebanus in *Bukowa.*

**Czrnocz.** Anno quo supra 12. Marcij data est crida Slayborio presbytero de Chiss Prag. dioc. per mortem dom. Nicolai vacantem, ad presentacionem famosi Drslaus de pulcra Curia residentis in Maiori Czrnocz dicte ecclesie in Czrnocz patroni. Executor plebanus in *Dyekow.*

**Monteschutni.** Anno quo supra die 12. Marcij data est crida Jacobo vicario ecclesie S. Galli maioris ciuitatis Prag. ad altare beate Marie Magdalene in capella monetariorum sita in superiori ecclesia in Montibuschutnis, per resignacionem dom. Leonardi rectoris, de consensu prouidorum Andree Pynger, Vicencii Zytaw, Johannis Elzowiel scabinorum monetariorum, Hane Smalcz, Procopij Solik, Petri Ola scabinorum in signatorio alias preghaus, ciuium ibidem in Montibuschuthnis patronorum dicti altaris. Deputatus pro executore plebanus ecclesie *superioris in Montibuschuthnis.*

**M. V. — Czestinkostel.** Anno quo supra 13. Marcij data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Rzieczicz prope Lipam, ad capellaniam in Czestinkostel ex causa permutacionis cum domino Blazcone, de consensu famosi Maynussij de Zbudewess patroni. Pro executore plebanus in *Czestinkostel.*

**Rzieczicz**. Anno quo supra 13. Marcij data est crida Blazconi olim capellano in Czestinkostel ad ecclesiam in Rzieczicz prope Lipam ex causa permutacionis cum domino Johanne, de consensu nobilis dom. Wilhelmi de Laynstein dicte patroni. Executor plebanus in *Lukx*.

**Minicz**. Johannes Kbel etc. et Woyslaus etc. Ad ecclesiam paroch. in Minicz per resignacionem domini Nicolai ex causa permutacionis vacantem, de consensu Wenceslai Boemie et Roman. Regis patroni, discr. Przibiconem olim rectorem altaris S. Erasimi in ecclesia S. Galli maioris ciuitatis Prag. cum dicto dom. Nicolao pro eadem ecclesia in Minicz permutantem crida etc. 1395 17. Marcij.

**S. Galli Prag**. Ad altare S. Erasimi in ecclesia S. Galli maioris Ciuit. Prag. ex causa permutacionis cum dom. Nicolao olim plebano ecclesie in Minicz, de consensu prouidi Martini dicti Hartleb de Kolodyeg ipsius patroni, discr. Nicolaum olim plebanum in Minicz crida etc. 1395 17. Marcij.

**Byelenecz**. Anno quo supra 19. Marcij data est crida Blasio presbytero de Bedrzichouicz ad ecclesiam paroch. in Byelenecz per resignacionem dom. Petri vacantem, ad presentacionem strenui militis Borzithe de Wogierad dicte patroni. Executor plebanus in *Skala*.

**Baworow**. Ad presentacionem honorb. dom. Wenceslai plebani ecclesie in Baworow, ad altare S. Spiritus et omnium Sanctorum ibidem in Baworow de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, in quo pref. dominus Wenceslaus juspatr. dinoscitur obtinere, discr. Nicolaum natum Laurencij de Horka clericum Prag. crida etc. 1395 21. Marcij.

**Borowsko**. Ad presentacionem et peticionem famosi Jodoci clientis de Suticz ad ecclesiam parochialem in Borowsko per mortem dom. Martini vacantem, discr. dom. Nicolaum de Hradistz presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1395 26. Marcij.

**Chwalenicz**. Ano quo supra 29. Marcij data est crida cum commissione confirm. ad ecclesiam in Chwalenicz per mortem dom. Jacobi vacantem, ad presentacionem honeste matrone domine Anne relicte quondam Thome dicti Pavyanek et Henrici judicis de Plzna comissarij eiusdem domine Anne dicte ecclesie patronorum. Executor plebanus in *Noua Plzna*.

**Marquarticz**. Ad presentacionem nobilis Bernhardi de Waleczow, ad ecclesiam parochialem in Marticz per mortem domini Crucis vacantem, discretum Petrum clericum de Czilicz Prag. diocesis crida etc. 1395 29. Marcij.

**Antiquacolonia**. Ad presentacionem dom. Wenceslai Rom. et Boemie Regis, ad ecclesiam paroch. in Antiquacolonia per mortem domini Pauli vacantem, discr. dom. Martinum de Zacharstan presbyterum Prag. crida etc. 1395 26. Marcij.



**M. VI. — Walteriuilla**. Anno quo supra die penultima mensis Marcij data est crida cum commissione confirmacionis dom. Petro dicto Dolan presbytero Missnen. diocesis ad ecclesiam paroch. in Walteriuilla, per mortem domini Nicolai vltimi et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, ad presentacionem honesti clientis Friderici Kyaw de Heynwald patroni eiusdem ecclesie, deputatusque est sibi pro exec. plebanus ecclesie in *Odruicz* decanus Zittauiensis.

**Luh**. Anno quo supra die 1. Aprilis data est crida Bartholomeo olim plebano ecclesie in Lipolticz ad ecclesiam in Luh, ex causa permutacionis cum dom. Dyethochone olim plebano ecclesie in Luh, de cons. famosi Nicolai dicti Kokoth de Prziestawlk patroni. Executor plebanus in *Starauoda*.

**Lipolticz**. Anno quo supra 1. Aprilis data est crida dom. Dyethochoni plebano ecclesie in Luh, ad ecclesiam paroch. in Lipolticz, ex causa permutacionis cum dom. Bartholomeo olim plebano ecclesie in Lipolticz, de consensu famosi viri Wenceslai dicti Kawalecz. Executor plebanus in *Przibicz* deputatus.

**Sifridiuilla**. Anno quo supra die 1. Aprilis data est crida Laurencio perpetuo vicario ecclesie in Gablona ad ecclesiam paroch. in Sifridiuilla per mortem dom. Petri vacantem, ad presentacionem nobilis viri Hasconis de Lemberg patroni. Executor plebanus in *Bunoldiuilla*.

**Radomisl**. Joh. Kbel etc. et Woyslaus etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod orta nuper lite et materia questionis de et super ecclesia parochiali in Radomisl, per mortem domini Benessij vacante, inter discretos viros dom. Mathiam de Dublenicz per nobilem dom. Nicolaum de Borotyn, et Johannem de Prziestienicz per nobilem dom. Brzenconem de Strakonicz, nec non religiosum fratrem Nicolaum professum S. Marie in pede pontis Pragen. ordinis S. Johannis Jerosolimitani per venerabiles et religiosos viros Marcoldum de Vruticz, priorem generalem per Boemiam, Morauiam et Poloniam, nec non Nicolaum commendatorem, Johannem priorem totumque conuentum fratrum cruciferorum in Strakonicz etc. ordinis S. Johannis Jerosolimitani, presbyteros Prag. diocesis, ad dictam ecclesiam per prescriptos patronos presentatos ex deductis, probatis et allegatis coram nobis in causa inter partes prescriptas, prefatum fratrem Nicolaum de Praga ex tenore sentencie diffinitiue per nos in causa supradicta lata, rectorem legitimum instituimus et ple-

banum, ipsum de predicta ecclesia etc. Datum Prage A. D. 1395 die 3. Aprilis.

**Hradek.** Anno quo supra 6. Aprilis data est crida Johanni de Bor presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Bor, per resignacionem dom. Marziconis de Sowinka presbytero antedicte Prag. diocesis vacantem, ad presentacionem Venerabilis dom. Wolframi prepositi ecclesie S. Apollinaris noue ciuitatis Prag. dicte patroni. Executor plebanus in *Brandiss.*

**Costelecz.** Anno quo supra 12. Aprilis data est crida magistro Petro de Slupna clerico Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Costelecz prope castrum Potensteyn, per mortem dom. Stanislai vacantem, ad presentacionem Wenceslai Rom. et Boemie Regis dicte patroni. Executor plebanus ecclesie in *Czastolowicz.*

**Nouauilla.** Anno quo supra 17. Aprilis data est crida Francisco presbytero de Praga ad ecclesiam parochialem in Nouauilla per resignacionem N. — rectoris vacantem, ad presentacionem nobilis Arnesti de Schonberg alias de Girschnsteyn dicte patroni.

**M. VII. — Gablona.** Anno quo supra 23. Aprilis data est crida cum commissione confirm. dom. Nicolao presbytero de Zandow ad perpetuam vicariam in Gablona per resignacionem dom. Laurencij vltimi rectoris, ad presentacionem honorbl. et relig. dom. Wenceslai Abbatis monasterij Gradicensis ordinis Cisterciensis. Pro executore decanus Gablonensis plebanus in *Wartemberg.*

**S. Nicolai Prag.** Ad presentac. Johannis nati Jaxonis Payer ciuis Maior. Ciuit. Prag., Cuncze consortis famosi viri Johannis dicti Tluxa de Dohalicz, et Nicolai de Podwyn ciuis Maior. Ciuit. Prag. antedicte, ad altare S. Trinitatis in cripta in ecclesia S. Nicolai in foro pullorum Maior. Ciuit. Prag., per mortem dom. Wolframi, in quo prefati Johannes, Cunka et Nicolaus juspatr. dinosc. obtinere, discr. dom. Egidium plebanum ecclesie in Kystra presbyterum Prag. crida etc. 1395 24. Aprilis.

**Nymburga.** Ad presentac. Wenceslai Rom. et Boemie Regis ad ecclesiam parochialem in Nymburga per mortem dom. Johannis vacantem, honorb. et religiosum dom. Johannem professum canonicorum Regularium in Luthmysl ordinis Premonstratensis ex indulto Reuerendi dom. Johannis episcopi Luthomislensis crida etc. Dat. Prage A. D. 1395 28. Aprilis.

**Richnow.** Anno quo supra data est crida Martino presbytero de Turnow ad ecclesiam in Richnow, per mortem dom. Crucis vacantem, ad presentacionem honorab. dom. Abbatis monasterij Gradicen. ordinis Cistercien. Executor plebanus in *Jenissowicz.*



**Tolmeczindorff.** Anno quo supra data est crida Nicolao presbytero de Truthnovia ad ecclesiam paroch. in Tolmeczindorff vacantem ex eo, quod dom. Johannes plebanus ibidem sponte et libere eandem resignare proponit, quam quidem resignacionem recipiendam ex eo, quod ipse dominius Johannes eidem ecclesie prodesse et preesse non potest, dom. decano Glacensi commissimus, ad presentacionem famosorum Johannis dicti Horcziecze et Otticonis de Malovicz clientum. Executor decanus predictus.

**Tirchaw.** Anno quo supra die vltima mensis Aprilis data est crida cum commiss. confirm. dom. Johanni presbytero Prag. ad ecclesiam paroch. in Tyrchaw, per mortem domini Nicolai vacantem, ad presentacionem honestorum clientum Raufoldi et Alberti fratrum de Opilin dicte ecclesie in Opiln patronorum. Executor plebanus in *Tamweld.*

**Millewicz.** Anno quo supra 4. Maij data est crida ad ecclesiam paroch. in Milewicz dom. Zdochoni olim plebano ecclesie in Drzietecz, per resignacionem dom. Petri rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu Venerabilium et relig. Abbatis et conuentus monasterij Opathouicensis ordinis S. Benedicti patronorum. Executor plebanus in *Cunyeticz.*

**Drzetecz.** Anno quo supra 4. Maij data est crida domino Petro ad ecclesiam paroch. in Drzietecz, per resignacionem dom. Zdechonis ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorb. dom. Johannis de Jerzan Archidiaconi Gradicen. et canonici Pragen. patroni.

**Merboticz.** Ad presentacionem nobilis dom. Hinconis dicti Berka de Duba domini Honstain, in et ad ecclesiam in Merboticz per mortem dom. Barthoskonis vacantem, discr. Nicolaum clericum de Pertolticz crida etc. 1395 5. Maij.

**Pons.** Anno quo supra 7. Maij data est crida cum commissione et confirm. fratri Nicolao professo hospitalis in latere pontis Prag. cruciferorum cum stella ordinis S. Augustini, ad ecclesiam S. Wenceslai in suburbio ciuitatis Pontensis, ad presentacionem honorbl. et religiosi dom. Sdenconis supremi magistri hospitalis etc. per Boemiam, Morauiam etc. ordinis predicti, pro executore plebanus ecclesie *S. Marie in Ponte* deputatus.

**M. VIII. — Polna.** Anno quo supra 12. Maij data est crida Johanni professo ordinis de domo theutonicali ad ecclesiam paroch. in Polna, per mortem dom. Mathie vacantem, ad presentacionem fratris Alberti de Duba prouincialis per Boemiam et Morauiam etc. Executor deputatus plebanus in *Niskow.*

**Czachowicz.** Anno quo supra 12. Maij data est crida Andree presbytero de Brawarow Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Czachowicz per mortem dom. Henrici vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Duba, magistri curie regalis, dicte patroni. Executor plebanus ecclesie in *Nouauilla.*

**Sigmunticz.** Anno quo supra 12. Maij data est crida dom. Nicolao nato Bohunconis de Wintyerzow presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam in Sigmunticz, per mortem dom. Jeniconis, ad presentacionem famos. Przibiconis et Drzkrayonis fratrum ibidem de Sigmunticz. Executor plebanus in *Inferiori Bukowsk.*

**Mergintal.** Anno quo supra 14. Maij data est crida Nicolao de Radischow subdyacono Missnen. dioc. ad ecclesiam paroch. in Mergyntal ex eo, quod dominus Conradus vltimus ipsius ecclesie rector aliud beneficium in diocesi Missnensi predicta est assecutus, vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Hinconis Berka dicti Dubsky. Executor plebanus in *Wartemberg* decanus Gablonensis.

**Przimda.** Anno quo supra 13. Maij data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Holotrzew ad ecclesiam paroch. in Przimda, per resignacionem dom. Johannis vacantem, de consensu nobilis dom. Vlrici dicti Lepus domini in Hasemburg. Executor plebanus in *Straz.*

**Holotrzew.** Anno quo supra 13. Maij data est crida Jenyconi olim plebano ecclesie in Przimda ad ecclesiam paroch. in Holotrzew, per resignacionem domini Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorabilium dom. prioris et conuentus monasterij Cladrubensis ordinis S. Benedicti. Executor plebanus in *Cladrub.*

**Paczow.** Joh. Kbel etc. et Woyslaus etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Paczow per resignacionem dom. Liderij vacantem, de consensu strenui militis Hinconis Tluxa de Rukensteyn patroni, discr. dom. Mathiam olim plebanum ecclesie in Dobromericz cum dicto dom. Liderio pro ecclesia in Paczow predicta permutantem crida 1395 15. Maij.

**Tirchow.** Anno quo supra 17. Maij data est crida Rudigerio presbytero de Zyndenberg Missnen. dioc. ad ecclesiam in Tirchow vacantem ex eo, quod dominus Johannes vltimus ipsius rector aliud beneficium est assecutus, ad presentacionem Raufoldi et Vberti fratrum de Opiln dicte patronorum. Executor plebanus in *Zeydendorff.*

**Theodriciuilla.** Anno quo supra 17. Maij data est crida ad ecclesiam paroch. in Theodriciuilla dom. Johanni de Ostrowicz presbytero vacantem ex eo, quod dom. Johannes vltimus et immed. ipsius ecclesie rector aliud beneficium est assecutus, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Grewstein et Vberti filij ipsius. Pro executore plebanus in *Rynoldyhan.*



**Miza.** Anno quo supra 17. Maij data est crida Petro professo hospitalis in pede pontis Prag. cruciferorum cum stella ordinis S. Augustini ad ecclesiam in Miza vacantem ex eo, quod dominus Paulus commendam in Egra pacifice est assecutus, ad presentacionem honorb. dom. Sdenconis supremi magistri dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Dubrawa.*

**M. IX. Chczebuss.** Johannes Dei gracia S. Prag. ecclesie Archiepiscopus, apostolice sedis legatus. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod veniens ad nostram, presenciam religiosus vir frater Wenceslaus professus monasterij Brewnouiensis prope Pragam ordinis S. Benedicti, plebanus ecclesie in Chczebuss proposuit, qualiter Venerab. et religiosus vir dominus Diuissius Abbas monasterij Brewnouiensis antedicti et collator ecclesie predicte, non obseruata consuetudine antiqua, et priuilegiata, in eodem monasterio circa institucionem plebanorum per Abbates seruari et teneri consueta, clandestine eidem fratri Wenceslao predictam ecclesiam in Chczebuss contulit et possessionem realem et corporalem eiusdem ecclesie eidem tradidit. Verumque ipse frater Wenceslaus timens, ne aliquis veniens, ipsum eadem ecclesia vellet amouere aut ipsum eadem priuare ex eo, quod circa institucionem ipsius consuetudo priuilegiata et hactenus obseruata non tenta et obseruata, supplicauit nobis humiliter, quatenus defectum, qui circa ipsius institucionem est factus, supplere eidemque de eadem ecclesia de nouo prouidere, et ipsum de eadem inuestire auctoritate ordinaria dignaremur. Nos ipsius peticionibus iustis et racionabilibus annuentes, defectum, qui factus est circa institucionem predicti fratris Wenceslai supplentes, eidem de ecclesia predicta in Chczebus de nouo prouidemus, ipsumque de eadem cum omnibus juribus et pertinencijs suis inuestiuimus et presentibus auctoritate ordinaria inuestimus, curam animarum et regimen ac administracionem spiritualium et temporalium eiusdem ecclesie eidem committimus. In cuius rei etc. Datum in Rudnicz Anno Domini 1395 die 26. Aprilis.

**Wapno.** Anno quo supra 21. data est crida Petro rectori hospitalis in Vsk super Lusnicz ad ecclesiam paroch. in Wapno per mortem domini Fridrici vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Rosemberg dicte patroni. Executor plebanus in *Collessow.*

**Kossowahora.** Anno quo supra 21. Maij commissum est per dom. Woyslaum Vicarium in spiritualibus domino plebano ecclesie in Sedlczano, ut recepta resignacione a domino Cruce rectore dicti altaris S. Margarethe premissa crida, dominum Symonem presbyterum ibidem de Kossowahora ad dictum altare per Duchconem et Benessium clientes ibidem de Kossowahora presentatum, si nullus apparuerit contradictor, confirmet et in possessionem eiusdem inducat.

**Wlassim.** Joh. Kbel etc. et Woyslaus corrector etc. quod nos ad presentacionem et peticionem nobilis dom. Johannis de Wlassim, in et ad secundum ministerium altaris SS. Nicolai, Martini et aliorum confessorum in ecclesia paroch. ibidem in Wlassim de nouo dotatum et in beneficium ecclesiasticum per nos erectum, discr. Crucem de Telcz presbyterum Olomuc. diocesis crida etc. 1395 21. Maij.

**Sempczicz.** Johannes Kbel et Woyslaus etc. Quod dudum orta lite et materia questionis de et super ecclesia parochiali in Sempczicz per mortem domini Nicolai vltimi ipsius ecclesie rectoris eiusdem vacante, inter discretum dom. Nicolaum presbyterum de Juueniboleslauia per famosos Bohunconem dictum Mnyssek de Sempczicz, Gothardum fratrem ipsius ac Krzistam ipsorum sororem vterinam ad dictam ecclesiam in Sempczicz presentatum ex una, et honestum virum Bohunconem dictum Hlawacz clientem parte ex altera, ex deductis, probatis et allegatis coram nobis in judicio per nostram interlocutoriam pronunciamus, juspatronatus et presentandi ad dictam ecclesiam pro equalibus vocibus pertinere et spectare ad dictos patronos sorteque dirimendum fore, cuius seu quorum presentatus uel presentandus debebit confirmari. Et quia huiusmodi sorte iuxta nostram interlocutoriam missa, presentandus predicti Bohunconis dicti Hlawacz pro hac vice venit confirmandus, ideo ad presentacionem sepedicti Bohunconis Hlawacz ad dictam ecclesiam in Sempczicz pro hac vice discretum dom. Simonem Mathie de Nymburga presbyterum Prag. dioc. rectorem legitimum instituimus et ministrum, ipsumque etc. Datum Prage A. D. 1395 die 22. Maij.

**Gotillobea.** Anno quo supra 24. Maij data est crida dom. Johanni olim plebano ecclesie in Schelmberg Missnen. dioc. ad ecclesiam in Gotillobea ex causa permutacionis cum dom. Nicolao, de consensu famosi Smilonis de Kyrnicz capitanei in Pirnis dicte ecclesie patroni. Pro executore plebanus in *Margarspach* deputatus.

**Plana.** A. D. 1395 die 27. Maij per dominos Vicarios in Spiritualibus etc. Joh. Kbel decretorum doctorem et Woyslaum correctorem cleri, data est crida cum commissione et



confirm. dom. Jacobo capellano dom. Borziwogij de Swynar ad eccl. in Plana, per mortem dom. Johannis vacant., ad present. prefati Nob. dom. Borziwogij dicte eccl. in Plana patroni.

**Semyl.** A. D. 1395 27. Maij per dominos Vicarios in Spirit. dom. Archiepiscopi, data est crida dom. Mariano olim plebano ecclesie in Roprechticz ad ecclesiam in Semyl per mortem dom. Johannis vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Hasconis de Lemberg. Deputatus est sibi pro exec. plebanus in *Bozkow*.

**Roprechticz.** A. D. 1395 27. Maij data est crida dom. Georgio presbytero de Lompnicz ad presentacionem dom. Johannis de Waldstein residentis in Sitowa ad ecclesiam in Roprechticz, per resignacionem dom. Mariani vacantem. Exec. plebanus in *Wyssoka*.

**M. X. — Sigmunticz.** Anno quo supra die 28. Maij data est crida dom. Georgio de Rachonicz presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Sigmunticz per mortem dom. Jeniconis vacantem, ad presentacionem famosorum Przibiconis et Drzkrayonis clientum ibidem de Sigimunticz dicte patronorum. Executor plebanus in *Minori Horka*.

**Sucha.** Joh. Kbel decr. doc. et Woyslaus Vicarij etc. Quod orta lite et questione coram nobis de et super ecclesia paroch. in Sucha per mortem dom. Jacobi vacante, inter discretos dominos Johannem de Trzibowyeticz dyaconum per Przibiconem dictum Dubek ipsius ac quorundam orphanorum ibidem de Trzibowyeticz nomine ex vna, et Buskonem presbyterum de Hrziboged per Maynussium de Sucha clientem parte ex altera, ad ecclesiam in Sucha antedictam presentatos, ex tenore sentencie diffinitiue in causa huiusmodi late et promulgate, prefatum dom. Johannem de Trziebowyeticz in persona magistri Conradi de Braclis procuratoris ipsius legitimi dicte ecclesie in Sucha rectorem legitimum instituimus et plebanum ipsumque de predicta ecclesia in Sucha etc. 1395 29. Maij.

**Zalesl.** Anno quo supra die 4. Junij data est crida ad ecclesiam in Zalesk per resignacionem dom. Hrzkonis vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris, non valentis eidem ecclesie propter senium preesse vtiliter et prodesse, ad presentacionem nobilis dom. Hynaczkonis de Wissmburg alias de Duba. Executor plebanus in *Vpicz*.

**Swytnia.** Anno quo supra 4. Junij data est crida dom. Andree presbytero de Prachaticz ad ecclesiam in Swytnia per resignacionem dicti dom. Andree ex eo, quod eandem indebite et iniuste occupauit, ad presentacionem honorab. et religiosorum dom. Abbatis et conuentus monasterij S. Corone ordinis Cisterciensis.

**Frauntal.** Anno quo supra data est crida dom. Hastanoni presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam in Frauntal, per liberam resignac. dicti dom. Hostanonis ex eo, quod dictus dom. Hostan dictam indebite et iniuste occupauit vacantem, presentatus ad presentacionem honorabilium dominorum Abbatis et conuentus monasterij S. Corone.

**Chotyeborzicz.** Anno quo supra die 4. Junij data est crida dom. Bartholomeo plebano ecclesie in Semonicz ad altare S. Margarethe in ecclesia paroch. in Chotyeborzicz ex eo, quod dom. Nicolaus dictum altare resignauit in manus domini plebani in Zwol, ad presentacionem domini Benessij de Krczin alias Rissmburg dicti altaris patroni. Pro executore plebanus in *Zwol.*

**Stynauia.** Anno quo supra 6. Junij data est crida dom. Ottoni plebano ecclesie olim in Gotwicz ad ecclesiam in Inferiori Stynawia ex causa permutacionis cum dom. Johanne de consensu Conradi clientis de Nymands dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Ziffridiuilla.*

**Gothwicz.** Anno quo supra 6. Junij data est crida dom. Johanni olim plebano ecclesie in Inferiori Stynawia ex causa permutacionis cum dom. Ottone ad ecclesiam in Gotwicz, de consensu Nicolai et Wolfardi fratrum dictorum de Collin dicte ecclesie in Gotwicz patronorum. Deput. est sibi pro exec. plebanus in *Pylongiuilla.*

**Nowasella.** Anno quo supra 16. Junij data est crida domino Jacobo de Wrutek presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam in Nowasella, per mortem dom. Johannis vacantem, ad presentacionem strenui militis Bawari de Mieranicz alias de Nouasella dicte patroni. Executor plebanus in Lacu alias in *Erbenicz.*

**N. I. — Ad Abbaciam monasterij in Insula.** Johannes et Woyslaus etc. Quod cum Abbacia monasterij in Insula ordinis S. Benedicti Prag. dioc. nuper per mortem bone memorie fratris Mstislai vlt. et immed. Abbatis dicti monasterij vacauisset, religiosi viri Odolenus prior, Chwalo prepositus S. Johannis in spelunca, Cunczmannus, Gregorius, Johannes dictus Szierba, Vlricus Barbatus, Thobias, Nicolaus plebanus de Weliss, Franco prepositus in Teslyn, Nicolaus dictus Kuzel, Stanco, Martinus, Nicolaus, Mstislaus, Gallus, Johannes dictus Skrzka, Bohuslaus minor, Paulus, Jenco, Nicolaus dictus Diuiss, Bun, Bohuslaus plebanus ecclesie S. Kyliani, totusque conuentus monasterij in Insula predicti, eleccione de futuro Abbate celebrata, nostram cum decreto eleccionis accedentes presenciam, nobis humiliter supplicarunt, ut cum ipsi religiosum virum fratrem Johannem dictum Podra-



wecz, in presbyteratus ordine constitutum, professum monasterij et ordinis predictorum ydoneum, in regulari disciplina in spiritualibus et temporalibus virum circumspectum, in Abbatem et pastorem monasterij in Insula memorati per formam compromissi procedentes duxerunt eligendum, prout in decreto eleccionis ipsorum, quod coram nobis exhibuerunt, vidimus plenius contineri, quatenus eleccionem ipsam de persona predicti fratris Johannis canonice celebratam approbare et munus confirmacionis eidem electo, prout ad nostrum spectat officium, impendere dignaremur. Nos secundum dictum Apostoli, nemini cito manum imponi dicentis facere volentes, certum peremptorium terminum competentem assignauimus et prefiximus omnibus et singulis, qui sua crederent interesse, ipsosque citauimus terminum ad eundem ad proponendum et dicendum, si quid contra predictum fratrem Johannem Podrawecz electum et ipsius eleccionem dicere et proponere vellent. Et cum nullus appareret, qui se dicte eleccioni aut persone electe opponeret, et dictorum fratrum et conuentus iustis et racionabilibus peticionibus inclinati more solito, crida seu proclamacione in ipso monasterio iuxta sacrorum canonum instituta solempniter ac diligenti examine eleccionis et persone electe premissis, pensatisque singulis circumstanciis, que in talibus solent pensari, cum nullum canonicum impedimentum vel contradiccio obuians apparuerit, Dei nomine inuocato, seruatis seruandis, prescriptam eleccionem de persona fratris Johannis Podrawecz predicti, ut premittitur canonice celebratam, auctoritate ordinaria confirmauimus et presentibus confirmamus, dictum fratrem Johannem Podrawecz electum in Abbatem monasterij memorati prefecimus et pastorem, eidem curam et regimen ac administracionem plenam et liberam tam in spiritualibus quam temporalibus committentes. In cuius rei testimonium presentes literas confirmacionum per Johannem notarium nostrum publicum infrascriptum scribi et publicari mandauimus, nostrique sigilli appensione iussimus communiri. Datum et actum Prage in curia Archiepiscopali sita in minori Ciuitate Prag. A. D. 1395, indiccione tercia, die 22. mensis Junij hora quasi terciarum, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Bonifacij diuina prouidencia pape noni anno eius sexto, presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Nicolao Puchnik licenciato in decretis, Pragensis et Olomuc. ecclesiarum canonico, Wenceslao plebano ecclesie in Cziebus, magistro Petro canonico ecclesie S. Egidij aduocato Consistorij Pragen., Andrea de Praga, Bernhardo de Tekendorff et Martino de Chiss notarijs publicis, ac alijs quam pluribus testibus circa premissa fidedignis.

Et ego Johannes natus Frenlini de Duba, clericus Prag. diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, confirmacioni, commissioni omnibusque alijs et singulis premissis vna cum prenominatis testibus presens fui, eaque omnia per alium notarium scripta, signo et nomine meis solitis vna cum appensione sigilli Vicariatus Archiepiscopatus Prag. antedicti consignaui et in hanc publicam formam redegi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

**Reychensteyn**. Ad presentacionem Wenceslai Rom. et Boemie regis, ad ecclesiam paroch. in Reychensteyn per mortem dom. Ludwini vacantem, discr. Wenceslaum Czetter clericum de Praga crida etc. 1395 22. Junij.

**Bertoldiuilla**. Ad presentac. honorabilis dom. Nicolai Abbatis monasterij in Gryssaw ordinis Cistercien. ad ecclesiam parochialem in Bertoldiuilla ex eo, quod dominus Johannes vltimus et immediatus ipsius ecclesie rector aliud beneficium incompatibile est pacifice assecutus vacantem, Johannem de Altaciuitate clericum Luthomislen. diocesis crida etc. 1395 23. Junij.

**Ratay**. Anno quo supra 25. Junij data est crida Petro de Mohelna presbytero Olomuc. dioc. per dominos Joh. Kbel et Woyslaum etc. ad ecclesiam paroch. in Ratay per mortem dom. Nicolai vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Lipa supremi Regni Boemie Marscalci dicte patroni. Executor plebanus in *Vzicz*.

**Chlen**. Anno quo supra 28. Junij data est crida cum confirm. fratri Nicolao professo monasterij S. Procopij ordinis S. Benedicti Prag. diocesis, dispensacione ordinaria et licencia superioris sui prehabita, ad ecclesiam paroch in Chlen, per mortem dom. Nicolai vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Pothe senioris de Czastolowicz dicte ecclesie in Chlen patroni. Pro executore plebanus in *Skoronicz*.

**Pillungiuilla**. Ano quo supra die 3. Julij data est crida ad ecclesiam paroch. in Pillungiuilla Nicolao olim rectori altaris S. Wincencij in ecclesia paroch. in Chrudym Luthomisl. dioc., ex causa permutacionis cum dom. Nicolao olim ipsius ecclesie in Pillungiuilla rectore, de consensu famosi Jesconis clientis ibidem de Pillungiuilla dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Wlczicz*.

**N. II. — Zachlum**. Anno quo supra 4. Julij data est crida Romano de Vteri Prag. dioc. ad eccles. paroch. in Zachlum per mortem dom. Hermani vacantem, ad presentacionem discreti Sazeme clientis ibidem de Zachlum residentis in Miza patroni. Executor plebanus in *Dubraw*.



**Oldrzichow**. Joh. Kbel decr. doctor et Woyslaus etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod orta lite et questione de et super ecclesia parochiali in Oldrzichow, per mortem dom. Johannis vacante, inter discretos viros Martinum de Lesczina clericum per famosum Alssonem dictum Kropacz clientem ibidem de Lesczina ex vna, et dominum Petrum de Straz presbyterum Prag. dioc. per nobilem dom. Henricum de Rozemberg parte ex altera, ad ecclesiam in Oldrzichow antedictam presentatos, ex tenore sentencie diffinitiue in causa huiusmodi late et promulgate prefatum Martinum clericum rectorem legitimum dicte ecclesie in Oldrzichow instituimus et plebanum ipsumque de predicta ecclesia etc. In cuius rei etc. Datum Prage A. D. 1395 die 7. Junij.

**Costelecz prope Eylaw**. Joh. Kbel decr. doctor et Woyslaus etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod orta lite et questione de et super ecclesia paroch. in Costelecz per mortem dom. Petri vacante, inter discretos viros Johannem dictum Rudiss per honorb. dom. Cztiborium sacristanum ecclesie Wissegrad. prope Pragam ex vna, et Wenceslaum dictum Judex per famosos Petrum et Nicolaum fratres germanos ac Woyslaum clientem ibidem de Costelecz parte ex altera, clericos Prag. dioc. ad ecclesiam in Costelecz antedictam presentatos ex tenore sentencie diffinitiue in huiusmodi causa late et promulgate, prefatum Johannem Rudiss clericum rectorem dicte ecclesie legitimum instituimus et plebanum, ipsumque etc. Datum Prage A. D. 1395 die 7. Maij.

**Wssetat**. Joh. Kbel etc. et Woyslaus etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod orta lite et questione de et super ecclesia paroch. in Wssetat per mortem dom. Wenceslai vltimi et immediati rectoris eiusdem vacante, inter discretos viros dom. Johannem de Cziestouicz per famosos viros Cunssonem, Marssonem fratres de Prziewora, Pesconem et Wenceslaum de Wssestat, Dobessum de Vgezd ac honorabilem virum dom. Nicolaum Gewuherum scolasticum ecclesie Wissegrad. ex vna, et Wenceslaum Kamrath de Dubrauicz per honestos viros Ruprechonem de Prziewor, Johannem plebanum ecclesie in Liblicz, Sdenconem de Prziewor, Nicolaum dictum Chiska de Wssestat, Jacubonem de Coyna, Stranconem de Wssetat, Wenceslaum dictum Czeczelecz, Czistonem de Dubrauicz, Petrum de Weless et Petrum de Sedlecz clientes parte ex altera, presbyteros ad ecclesiam in Wssetat antedictam hincinde presentatos, ex tenore sentencie diffinitiue in causa huiusmodi promulgate prefatum dom. Johannem rectorem legitimum dicte ecclesie in Wssetat instituimus et plebanum, ipsumque de predicta ecclesia in Wssetat cum omni-

bus juribus et pertinencijs suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam animarum et regimen eiusdem ecclesie eidem committimus ipsumque ad eandem confirmantes. In cuius rei etc. Datum Prage A. D. 1395 die 9. mensis Junij.

**Balcouicz et Porziecz.** Joh. Kbel decr. doc. et Woyslaus etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod orta lite et questione de et super eccl. paroch. in Balcouicz et eius filiali in Porziecz per mortem domini Andree vacante, inter discretos viros dom. Wenceslaum presbyterum de Ledecz per famosos viros Przisnaconem ac Sigismundum et Przisnaconem filios prefati Przisnaconis, clientes ibidem de Ledecz ex vna, et Cunssonem clericum de Herzmanicz per Benessium de Libun similiter clientem parte ex altera, ad ecclesiam paroch. in Balcouicz et eius filialem in Porziecz antedictam hincinde presentatos, ex tenore diffinitiue sentencie in causa huiusmodi late et promulgate, prefatum dom. Wenceslaum rectorem legitimum dicte ecclesie in Balkouicz et eius filialis in Porziecz instituimus et plebanum, ipsumque etc. In cuius rei etc. Datum Prage A. D. 1395 die 23. mensis Junij.

**N. III. — Kempnicz.** Joh. Kbel etc. et Woyslaus etc. Ad presentacionem nobilium dom. Johannis de Michelsperg ad ecclesiam paroch. in Kempnicz per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, discr. dom. Johannem olim rectorem altaris sanctarum Crucis et Katherine in ecclesia paroch. in Benessow crida etc. A. D. 1395 die 17. Julij.

**Benessow.** Ad presentacionem nobilis dom. Johannis de Michelsperg, ad altare S. Katherine et S. Crucis in ecclesia paroch. in Benessow per resignacionem dom. Johannis rectoris vacans, discr. dom. Johannem olim plebanum ecclesie in Kempnicz crida etc. Datum Prage A. D. 1395 die 16. Julij.

**Nouaciuitate.** Anno quo supra die 20. Julij data est crida dom. Johanni presbytero de Sicca ad ecclesiam paroch. in Nouaciuitate per mortem dom. Mathei vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem discretorum Wyssathe plebani ecclesie in Cziernicz et Wytmiri clientis de Longauilla. Executor plebanus in *Longauilla.*

**Pulcromonte.** Anno quo supra die 20. Julij data est crida per dominos Joh. Kbel et Woyslaum domino Nicolao de Caplicz presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Pulcromonte per resignacionem dom. Nicolai in manibus domini plebani in Lassowicz faciendam, ad presentacionem dom. Francisci Abbatis monasterij Milocensis ordinis Premonstratensis, commissum estque eidem plebano, ut premissa crida



ipsum dom. Nicolaum ad ecclesiam supradictam instituat et confirmet ac in possessionem inducat.

Va- **Krztienow.** Anno quo supra die 23. Julij data est crida cum commissione confirmacionis per dom. Vicarios in spirit. dom. Alssoni presbytero de Brziezie ad ecclesiam paroch. in Krztienow, per mortem dom. Cunssonis, ad presentacionem famosorum Arnestum et Cunyconem fratres germanos de Byssow, Nedamirum de Knyn, Sdenconem ibidem, Przibiconem de Brziezie, Przibiconem de Temlyn boemicali, Petrum dictum Zahorka et Alssonem de Truscouicz et Rohozkam de Sedlecz clientes, nec non discretum virum Wlasczconem plebanum ecclesie in Krzieczouicz dicte ecclesie in Krztienow patrono-
cat. rum. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Horka maiori.*

**Raczicz.** Anno quo supra die 26. Julij data est crida dom. Nicolao presbytero de Frawenstein ad ecclesiam paroch. in Raczicz, per mortem dom. Conradi rectoris vacantem, ad presentacionem honorab. dom. Johannis Abbatis in Ossyek ordinis Cisterciensis. Executor plebanus in *Nispoticz.*

**Mur.** Anno quo supra die 26. Julij data est crida cum commiss. confirm. Theodrico clerico nato Cunati de Zichow ad ecclesiam in Mur, per mortem dom. Johannis dicti Stela vacantem, ad presentacionem famosi Benessij clientis ibidem de Mur. Executor plebanus in *Knyezicz.*

**Lignicz.** Anno quo supra die 28. Julij data est crida dom. Nicolao presbytero de Tokczow ad ecclesiam paroch. in Lignicz per mortem dom. Andree ad presentac. dom. Abbatis monasterij in Ossiek. Executor plebanus in *Duchczow.*

**N. IV. — Widhosticz.** Anno quo supra die penultima Julij data est crida dom. Nicolao Cristanni presbytero de Raconik ad ecclesiam in Widhosticz per mortem dom. Petri, ad presentacionem strenui militis Friderici ibidem de Widhosticz Johannis plebani ecclesie in Stebna, tutorum orphanorum Johannis dicti Starzecz, Zoffcze relicte Cuczini et Nicolai filij Zoffcze ac Raczkonis clientum ibidem de Widhosticz. Exec. plebanus in *Przibenicz.*

**Stebna.** Anno quo supra die 2. Augusti data est crida cum commissione confirm. ad ecclesiam paroch. in Stebna per mortem dom. Johannis vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Jenczonis de Janowicz dicte patroni. Exec. pleb. in *Jessenicz.*

**Pastyk.** Anno quo supra die 3. Augusti data est crida dom. Johanni presbytero de Prziestiewicz ad ecclesiam paroch. in Pastyk ad presentacionem nobilis dom. Brzenconis de Strakonicz per mortem dom. Johannis. Executor plebanus in *Zaborz.*

**Patek**. Anno quo supra die 4. Augusti data est crida dom. Vdalrico presbytero de Manyetyna Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Patek per mortem dom. Johannis vacantem, ad presentacionem honorab. dom. Johannis rectoris ecclesie paroch. in Podyebrad. Pro exec. plebanus in *Lhota*.

**Prziedhradie**. Anno quo supra die 4. Aug. data est crida ad altare SS. Marie et Katherine Virginum in ecclesia paroch. in Prziedhradie de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, dom. Bartholomeo de Naboczan presbytero Prag. dioc., ad presentacionem famosorum Horssonis de Zagieticz residentis in Prziedhradie, et Alssonis ibidem de Zagieticz residentis in Pnyew fratrum. Deput. pro exec. plebanus in *Nouauilla*.

**Sucha**. Anno ut supra die 4. Augusti data est crida dom. Johanni clerico de Lippa ad ecclesiam in paroch. in Sucha per resignacionem dom. Sdenconis vacantem, ad presentac. nobilium Hasconis de Lemberg et Henrici de Duba dominorum de Gablona. Executor plebanus in *Osseczna*.

**Luticz**. Anno quo supra die 6. Augusti data est crida cum commissione confirm. Gregorio de Pobran presbytero Prag. dioc. per dom. Vicarios etc. ad altare omnium Sanctorum in Luticz per mortem dom. Henslini rectoris vacans, ad presentacionem nobilium dominorum Borssonis senioris et junioris de Rysemburg. Executor plebanus in *Luticz*.

**Byela**. Anno quo supra die 9. Aug. data est crida per dom. Joh. Kbel et Woyslaum Vicarios etc. religioso fratri Johanni professo monasterij Teplensis ordinis Premonstraten. ad ecclesiam paroch. in Byela, per mortem dom. Mathie vacantem, licencia sui superioris et dispensacione ordinaria prehabitis, ad presentacionem famosi viri Sazeme de Fussberg Burgrauij in Thachouia. Executor plebanus in *Loza*.

**Mladyeow**. Anno quo supra die 16. Augusti data est crida per dom. Vicarios etc. Petro de Zacz presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Mladyeow per mortem domini Martini vacantem, ad presentacionem dom. Alssonis de Duba. Executor plebanus in *Masczow*.

**Letyna**. Anno quo supra die 19. Aug. data est commissio ad plebanum ecclesie in Hradecz, quod recepta resignacione a dom. Budywogio plebano ecclesie in Letyna, si eam sponte et libere facere voluerit, et quem dom. Andreas plebanus in Lucauit et Marquardus cliens de Letyn patroni eiusdem ecclesie ad eandem presentauerunt, quod premissa crida, si nullus apparuerit contradictor, presentatum eorundem patronorum confirmet.



**N. V. — Pssów**. Anno quo supra die 20. Aug. data est crida dom. Petro clerico de Jessenicz Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Pssow per mortem Bartholomei vacantem, ad presentacionem nobilis Alssonis de Duba. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Pssow*.

**Rabnsteyn**. Anno quo supra die 20. Augusti data est crida dom. Benessio de Oraczow plebano ecclesie in Lochouicz ad ecclesiam paroch. in Rabnsteyn per mortem dom. Nicolai vacantem, ad presentacionem dom. Wenceslai Rom. et Boemie regis. Exec. pleb. in *Chiss*.

**Kopidlno**. Anno quo supra die 23. Augusti data est crida dom. Paulo presbytero de Czwynyewess ad ecclesiam in Kopidlno per mortem dom. Gregorij vacantem, ad presentacionem famosorum Johannis et Sdenconis fratrum germanorum ibidem de Kopidlno. Exec. pleb. in *Drahorass*.

**Grecz**. Anno quo supra die 25. Augusti data est crida dom. Nicolao de Grecz ad altare S. Pauli in Grecz regine per mortem dom. Petri vacans, ad presentacionem honesti Nicolai dicti Krig ciuis ibidem de Grecz. Executor plebanus in *Grecz*.

**Trziebochowicz**. Joh. Kbel et Woyslaus etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem honeste dom. Anezcze relicte quondam nobilis dom. Smylonis de Sternberg in et ad altare omnium Sanctorum et SS. Nicolai et Katherine in ecclesia paroch. in Trziebochouicz de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiast. erectum, discr. virum dom. Wenceslaum presbyterum de Swynczan in persona Dominici de Budweiss notarij publici procuratoris ipsius legitimi pro eo crida etc. 1395 29. Augusti.

**Trzyemesna**. Nicolaus Puchnik licenciatus etc. Vicarius etc. Ad presentacionem famosorum virorum Diuissij dicti Mrzak de Myletynek, Zdislai dicti Barborka de Dobess, Johannis dicti Krussyna de Horsperg et Pessiconis de Trziemesna, per mortem dom. Wenceslai vacantem, discr. Martinum de Nouauilla presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1395 1. Septembris.

**Franow**. Anno quo supra die 2. Septemb. data est crida cum commissione confirmacionis per dom. Nic. Puchnik etc. dom. Johanni olim plebano in Bocz ad ecclesiam paroch. in Franow, per resignacionem dom. Henrici olim ipsius ecclesie plebani, ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi Sigismundi Subcamerarij Regni Boemie. Deputatus pro exec. pleb. in *Slakenwald*.

**Bocz**. Anno quo supra die 2. Septembris data est crida per dom. Nicol. Puchnik etc. dom. Henrico olim plebano in

Franow ad ecclesiam in Bocz per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu Wenceslai Rom. et Boemie regis. Exec. pleb. in *Claustrello*.

**Zehun.** Anno quo supra 6. Sept. data est crida dom. Andree presbytero de Benessow ad ecclesiam in Zehun per mortem dom. Petri vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem famosi Johannis de Semyn alias de Zehun patroni. Exec. plebanus in *Conarzowicz*.

**Saczka.** Nicol. Puchnik licenc. in decr. Prag. et Olomuc. ecclesiarum canonicus, Vicarius in Spiritualibus Reuer. in Christo patris et dom. dom. Johannis S. Prag. ecclesie Archiepiscopi, apostolice sedis legati, generalis. Tenore presencium notum facimus vniuersis, presentes literas inspecturis, quod vacante nuper prepositura monasterij S. Marie in Saczka ordinis S. Augustini dioc. Prag., per mortem bone memorie Benessij vlt. et immed. rectoris eiusdem, honorabiles et religiosi viri fratres Hinco supprior, Andreas procurator, Swathoslaus cantor, Wenceslaus sacristanus, Paulus, Michael, Mathias, Petrus senior, Petrus junior, Martinus et Johannes totusque (N. VI.) conuentus eiusdem monasterij corpore defuncti prepositi ecclesiastice tradito sepulture, vocatisque ad eleccionem futuri prepositi, qui fuerant de jure ac consuetudine conuocandi, die tercia et hora pro eleccione huiusmodi deputata, Spiritus S. gracia inuocata, honorab. et religiosum virum et fratrem dom. Nicolaum tunc priorem dicti monasterij et professum, virum ydoneum in regulari disciplina, ac in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum, per formam compromissi procedentes, in suum et dicti ipsorum monasterij prepositum concorditer et canonice elegerunt, prout hec omnia et singula in decreto eleccionis predicte coram nobis exhibito plenius continetur. Nos secundum dictum apostoli, nemini cito manum imponi docentis, facere volentes, tam personam electam quam eleccionem predictam examinare curauimus diligenter, et quia inuenimus omnia et singula rite et racionabiliter ac canonice celebrata, prefatum dominum et fratrem Nicolaum taliter electum, crida seu proclamacione premissa, dicto monasterio in prepositum prefecimus et pastorem, sibi munus confirmacionis seruatis seruandis auctoritate ordinaria, receptoque prius ab eodem solito juramento, impendentes, curam animarum et regimen cum administracione spiritualium et temporalium in Dei nomine eidem committentes. In cuius rei testimonium etc. Dat. Prage A. D. 1395 die 7. mens. Septembris.

**Lochouicz.** Nicol. Puchn. etc. Ad presentac. famosorum Zbynconis et Bohunconis fratrum de Lochouicz ad ecclesiam



paroch. ibidem in Lochouicz ex eo, quod dom. Benessius aliud beneficium, videlicet ecclesiam paroch. in Rabsteyn est assecutus, vacantem, discr. Mathiam de Horzowicz presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1395 die 10. Septembris.

**Prossyek.** Nicl. Puchnik etc. Ad presentac. honeste matrone domine Cristine relicte olim Vle Payer ciuis maioris ciuitatis Prag., ad ecclesiam paroch. in Prossyek per mortem dom. Nicolai vltimi ipsius ecclesie rectoris vacantem, discr. magistrum Martinum de Iglauia presbyterum Olomuc. dioc. crida etc. 1395 die 11. Septembris.

**Wrssecz.** Anno quo supra die 11. Septemb. data est crida Wenceslao ministro S. Appollinaris in noua ciuitate Prag. ad ecclesiam in Wrssecz per mortem dom. Johannis ad presentacionem honorabilium dominorum decani et capituli dicte ecclesie S. Appollinaris. Executor plebanus in *Byechar*.

**Pssarz.** Anno quo supra die 14. Sept. data est crida Trziebconi de Janouicz presbytero Prag. dioc., ad ecclesiam paroch. in Pssarz, per mortem dom. Jacobi ad presentacionem et peticionem famosi Zdeslai de Sternberg alias de Pssarz. Executor plebanus in *Michnyeiow*.

**Chelczicz.** Anno quo supra die 17. Septembris data est crida Chwaloni plebano ecclesie in Nyempczicz ad ecclesiam in Chelczicz per mortem dom. Johannis, ad presentacionem honorbl. Johannis plebani ecclesie in Gistebnicz, Leonis de Strkow fratrum, Johannis de Wlhlaw et Bohuslai clientis de Chelczicz. Executor plebanus in *Wodnano*.

**Sucha.** Anno quo supra die 18. Sept. data est crida Johanni olim altariste S. Wenceslai et aliorum patronorum in capella Boemorum in Lipa, ex causa permutacionis cum domino Johanne olim plebano ibidem in Sucha, de consensu famosi Hinconis de Berga alias de Honstein. Executor plebanus in *Ossyeczan*.

**Lyppa.** Anno quo supra die 18. mens. Septemb. data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Sucha ad altare S. Venceslai et aliorum patronorum in capella Boemorum in Lippa ex causa permutacionis cum domino Johanne altarista dicti altaris, de consensu famosorum virorum Hassconis de Lemberg et Henrici dicti Berga de Duba, domino de Gablona dicte ecclesie patronorum. Exec. plebanus in *Lippa*.

**Czrnocz.** Anno quo supra die 18. Sept. data est crida Jacobo de Costelecz presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam parochialem in Czrnocz, per resignacionem dom. Slawoborij vacantem, ad presentacionem famosi Drslai clientis de Pulcra Curia. Executor plebanus in *Weczlow*.

**N. VII. — Chlum.** Nicolaus Puchnik, licenciatus in decr. etc. Ad presentacionem famosorum Wenceslai de Chlum et Johannis de Vsseczka clientum, ad ecclesiam paroch. in Chlum ibidem ex eo, quod dominus Sazema vltimus et immediatus ipsius ecclesie rector per tres sentencias diffinitiuas eadem ecclesia priuatus existit, vacantem, prout per executores sanctissimi in Christo patris et dom. Bonifacij Pape noni certitudinaliter sumus informati, discr. dom. Michaelem Dyaconum de Broda theuthonicali Prag. dioc. crida etc. 1395 23. Septembris.

**Stwolenka.** Anno quo supra die 23. Septemb. data est crida Henrico olim plebano in Slup ad ecclesiam paroch. in Stwolenka ex causa permutacionis cum dom. Vito per resignacionem vacantem, de consensu strenui Militis dom. Wenceslai dicte patroni. Pro executore plebanus *Krawar*.

**Slup.** Anno quo supra die 23. Septb. data est crida Vito olim plebano in Stwolenka per resignacionem dom. Henrici vacantem, de consensu nobilis dom. Hinconis dicti Berka de Duba domini in Honsteyn dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Lipa*.

**Zizelewess.** Anno quo supra die 23. Sept. data est crida Stanikoni presbytero de Dublenicz ad ecclesiam paroch. in Zizelewess per mortem dom. Przibiconis vacantem, ad presentacionem famos. Georgij, Neplachonis fratrum de Hradek dictorum Halerij, Przibe quondam strenui Militis Cyerziconis de Hustyerzan, Bawari de Mokrows, Wolthmari de Hohlaw, nec non domini Johannis plebani ecclesie in Horziemyewess. Executor plebanus in *Horziemiwess*.

**Zwol.** Anno quo supra die 24. Septemb. data est crida Johanni de Clunecz presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Zwol, per mortem dom. Mathie vltimi rectoris eiusdem, ad presentacionem famosi Dluzkonis clientis de Wesselicz patroni. Executor sibi plebanus in *Pless* deputatus.

**Zahradka.** Anno quo supra die 24. Septembris data est crida Paulo olim plebano ecclesie in Michalowicz ad ecclesiam paroch. in Zahradka, per resignacionem dom. Petri ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorbl. Johannis prepositi omnium Sanctorum in castro Prag. dicte ecclesie patroni.

**Michalowicz.** Anno quo supra die 24. Septbr. data est crida Petro olim plebano ecclesie in Zahradka, ad ecclesiam paroch. in Michalowicz per resignacionem dom. Pauli ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi Pesconis clientis de Zhorz dicte patroni.

**Chotyewicz.** Anno quo supra die 2. Octobris data est crida religioso dom. Nicolao Prag. dioc. ordinis S. Augustini sacrosancti sepulcri Dominici, dispensacione ordinarij preuia, ad ecclesiam paroch. in Chotyewicz, per mortem dom. Pessiconis vacantem, ad presentacionem famosi Nicolai clientis de Weltrus. Executor plebanus in *San*.



**Volffelsdorff.** Anno quo supra die 4. Octobris data est crida Georgio de Panewicz presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Volffelsdorff, per mortem dom. Gregorij vacantem, ad presentacionem famosi Ottlini de Glawbus. Executor plebanus in *Hawelsverd*.

**Blanicz.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem famosorum Gopoldi de Blanicz, Alssonis de Oldrzichow et Nicolai de Blanicz clientum, in et ad ecclesiam paroch. in Blanicz per mortem Simonis vacantem, discr. Simonem de Benessow presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1399 4. Octobris.

**N. VIII. — Strassiczie.** Nicol. Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem dom. Wenceslai Rom. et Boemie Regis, in et ad ecclesiam paroch. in Strassiczie, per mortem. dom. Nicolai vltimi ipsius rectoris vacantem, discr. Wenceslaum natum Pauli de Razicz clericum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1395 die 22. Septembris.

**Byelin.** Anno quo supra videlicet die 22. Sept. data est crida cum commiss. confirm. Petro capellano cruciferorum in predicta ciuitate Byelinensi ad ecclesiam S. Stephani in suburbio ciuitatis Byelinen., ad presentacionem nobilis dom. Ottonis de Bergow patroni. Pro exec. deputatus plebanus in *Hermanicz*.

**Dukczow.** Nicl. Puchnik etc. Ad presentacionem nobilium dom. Borssonis senioris et junioris fratrum de Ryssmberg, ad altare S. Crucis situm in capella extra muros ciuitatis in Dukczow, per resignacionem dom. Gregorij in manibus honorb. viri dom. Nicolai plebani in Dukczow ex commissione nostra factam, per nos receptam et admissam vacans, discr. dom. Nicolaum de Slewicz presbyterum Neumburgen. dioc. crida etc. 1395 die 27. Septembris.

**Pons.** Anno quo supra die 4. Octobris data est crida fratri Alberto alias Alssiconi professo domus hospitalis S. Francisci in latere pontis Prag. ordinis S. Augustini, ad ecclesiam paroch. S. Wenceslai in suburbio ciuitatis Pontensis, per mortem fratris Nicolai vacantem, ad presentacionem honorab. dom. Sdenconis supremi magistri per Boemiam et Morauiam ordinis antedicti. Executor plebanus in *Ponte*.

**Vilemow.** Anno quo supra die 1. Octobris data est crida cum commissione domino Zacharie professo monasterij in Vilemow ad ecclesiam paroch. in Vilemow, ad presentacionem. Venerab. dom. Nicolai Abbatis monasterij in Vilemow,

nec non conuentus monasterij eiusdem per mortem dom. Wenceslai vacantem. Executor plebanus in *Herzmanicz.*

**Nyempczicz.** Nicl. Puchnik licenc. in decretis etc. Ad presentacionem famosi Johannis clientis de Wlhlaw ad ecclesiam paroch. in Nyempczicz ex eo, quod dom. Chwalo ipsius rector aliud beneficium, videlicet ecclesiam paroch. in Chelczicz est assecutus, vacantem, discr. Petrum de Wlhlaw clericum Prag. dioc. crida etc. 1395 die 2. Septembris.

**Rzeczicz.** Nic. Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem famosorum virorum Vlrici et Sudiconis de Bozdyechow, racione vicissitudinis ipsos pro hac vice tangente, nobili domino Johanni de Nouadomo ad hoc consenciente, ad ecclesiam paroch. in Rzeczicz per mortem dom. Wenceslai vacantem, discr. Wilhelmum de Lompnicz clericum Prag. dioc., crida seu proclamacione premissa, rectorem legitimum instituimus etc. plebanum, ipsumque de predicta ecclesia in Rzeczicz etc., ita tamen, quod dicto domino Wilhelmo cedente uel decedente, aut ex quacumque (N. IX.) alia causa dicta ecclesia preter casum permutacionis vacante, prefatus dom. Johannes de Nouadomo, heredes et successores ipsius rectorem ad dictam ecclesiam presentabunt, quorum presentacioni sine renitencia Vlricus et Sudico predicti ac heredes et successores ipsorum tenebuntur consentire. Demum presentato dicti domini Johannis, heredum aut ipsius successorum cedente uel decedente vel ecclesia predicta ex quacumque alia causa vacante, predicti Vlricus et Sudico, heredes et successores personam ydoneam ad eandem ecclesiam tenebuntur presentare, eandem ordinacionem vicissitudinis inter se, heredes et suos successores inuiolabiliter deinceps et in antea obseruare. In cuius rei etc. Datum Prage A. D. 1395 die 2. Octobris.

**Swyetecz.** Anno quo supra die 3. Octobris data est crida Johanni professo et commendatori Sderassiensis ordinis sacri sepulcri Dominici Jerosolymitani, ad ecclesiam paroch. in Swyetecz per resignacionem fratris Nicolai vacantem, ad presentacionem Venerabl. dom. Valentini prepositi monasterij Sderasiensis antedicti. Executor plebanus in *Hradistz.*

**Vdlicz.** Anno quo supra die 3. Octobris data est crida Dominico presbytero de Czipauia Nymburg. dioc. ad ecclesiam parochl. in Vdlicz per mortem Nicolai vacantem, ad presentacionem famosi Anargi de Waldenberg. Executor plebanus in *Druskowicz.*

**Albrechczicz.** Anno quo supra die 6. Octobr. data est crida Martino presbytero de Vsk Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Albrechcz, per mortem dom. Andree vacantem, ad presentacionem et peticionem honeste matrone domine Katherine relicte quondam Arnesti de Vgezdecz, Johannis et Budywogij fratrum ibidem de Vgezdecz.



**Vgezd Prag.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. S. Johannis Baptiste in Vgezd Pragensi, per resignacionem dom. Dominici vacantem ex causa permutacionis, de consensu honorb. dom. Georgij Purkardi de Janouicz prepositi ecclesie Pragen. dicte ecclesie S. Johannis patroni, discr. dom. Vitum olim plebanum ecclesie in Howorczicz cum dicto dom. Dominico permutantem crida etc. 1395 die 6. Octobris.

**Howorczowicz.** Nicolaus Puchnik etc. Quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Howorczowicz per resignacionem domini Viti ultimi rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorabilium dom. Johannis de Lubna Olomucensis et Boleslauiensis, et Johannis Boleslauiensis canonicorum ecclesiarum, dicte ecclesie patronorum, discretum dom. Dominicum cum dicto domino Vito permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1395 die 6. Octobris.

**Minor Slatina.** Anno quo supra die 6. Octobris data est crida cum commiss. ad ecclesiam in Minori Slatina per mortem dom. Martini vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem strenui Militis Johannis de Waleczow dicti Bartoss alias de Slatina patroni.

**Stropyn.** Anno quo supra die 9. Octbr. data est crida dom. Johanni plebano ecclesie in Ottendorff Misnen. diocesis ad ecclesiam in Stropyn, ex causa permutacionis cum dom. Johanne de consensu Venerab. et religiosi dom. Alberti de Duba prouincialis per Boemiam et Morauiam ordinis fratrum de domo theutonicali dicte patroni. Executor plebanus in *Kunygsten* Prag. dioc.

**Rtyn.** Anno quo supra die 11. Octob. data est crida dom. Nicolao de Borzislaw presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Rtyn, per mortem dom. Petri ad presentacionem famosorum Cunadi et Vlrici fratrum ibidem de Rtyn. Executor plebanus in *Zym.*

**N. X. — Cadana.** Anno quo supra die 11. Octobris data est crida fratri Fridrico professo S. Johannis Jerosolimitani ad ecclesiam paroch. in Cadano per resignacionem dom. Nicolai vacantem, ad presentacionem Venerabilis et relig. dom. Markoldi prioris generalis per Boemiam, Morauiam etc. Exec. pleb. in *Zdar.*

**Krzizanecz.** Anno quo supra die 12. Octob. data est crida dom. Benessio presbytero de Wessecz ad ecclesiam paroch. in Krzizanecz per mortem dom. Wenceslai vltimi rectoris, ad presentacionem nobilis dom. Johannis de Michelsperg. Exec. pleb. in *Rzitonicz.*

**Strana.** Anno quo supra die 13. Octob. data est crida cum commiss. dom. Nicolao nato Henrici de Cadano clerico ad ecclesiam in Strana, per mortem dom. Caspari vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Wenceslai de Coldicz dicte patroni. Exec. pleb. in *Hrussowan*.

**In Vado Prag.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem famosi Jacubconis de Brazdim olim ciuis maioris ciuit. Prag. antedicte, ad altare S. Marie Virg. in ecclesia paroch. S. Johannis in Vado maioris ciuit. Prag. antedicte per prefatum Jacubconem de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, Jacobum Jacubconis de Brazdim crida etc. 1395 16. Octob.

**Miza.** Anno quo supra die 18. Octob. data est crida dom. Theodrico clerico ibidem de Miza per mortem dom. Johannis vltimi rectoris eiusdem, ad presentacionem honestorum Judicis et juratorum similiter de Miza, et fuit sibi pro exec. deput. pleb. in *Sulislaw*.

**Libossowicz.** Anno quo supra vid. die 18. Octob. data est crida dom. Wenceslao presbytero de Sobotka ad ecclesiam in Libossowicz, per mortem dom. Czelakonis vltimi rectoris eiusdem ecclesie, ad presentacionem nobilis dom. Petri de Kost alias de Wartmberg patroni. Pro exec. deput. pleb. in *Ossiek* decanus Hradiscensis.

**Wyklek.** Anno quo supra die 17. mensis data est crida cum commiss. clerico de Krnyowicz ad ecclesiam paroch. in Wyklek per mortem dom. Johannis vacantem, ad presentacionem famosi Marquardi ibidem de Krnyewicz. Exec. pleb. in *Jessyenicz*.

**Ossyek.** Anno quo supra die 19. mensis data est crida religioso fratri Nicolao de Chomutow, professo monasterij Ossicen. ordinis Cistercien. ad ecclesiam paroch. in Ossyek, per mortem fratris Bernhardi vacantem, ad presentacionem honorab. et relig. dom. Johannis et tocius conuentus monasterij Ossicensis antedicti. Deputatus pro executore plebanus in *Dukczow*.

**Maloticz.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Maloticz per resignacionem dom. Petri ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi Martini clientis ibidem de Maloticz patroni, discr. dom. Jaxonem olim Mansionarium chori beate Marie Virg. in ecclesia Prag. cum dicto domino Petro pro eccl. predicta permutantem crida etc. A. D. 1395 20. Octobris.

**O. I. — Wsseborzicz.** Anno quo supra die 23. Octob. data est crida dom. Johanni presbytero de — ad ecclesiam paroch. in Wsseborzicz, per mortem dom. Hanussij, ad presentacionem famosorum Henrici senioris et Henrici junioris et Slawathe clientum de Wsseborzicz. Exec. pleb. in *Turmicz* decanus *Vstensis*.



**Wynterberg.** Nic. Puchnik etc. Ad present. nobilis dom. Hanussij de Sulewicz dicti Keppler, in et ad ecclesiam paroch. in Wynterberg per mortem dom. Hermanni vacantem, discr. Theodricum presbyt. de Perlberg crida seu etc. 1395 25. Octobris.

**Hradecz.** Anno quo supra 25. Octob. data est crida Johanni presbytero de Miza ad eccles. in Hradecz per mortem dom. Hinconis vacantem, ad presentacionem honorab. mag. Wenceslai ibidem de Miza patroni. Executor plebanus in *Tuskow*.

**Dolan.** Nic. Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem famosorum virorum Stiborij dicti Wrss, Marquardi de Dolan fratrum germanorum et Pothe ibidem de Dolan clientum, in et ad ecclesiam paroch. in Dolan, per mortem dom. Blahe vltimi et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, discr. virum dom. Nicolaum olim plebanum ecclesie in Rzebrzik crida etc. 1395 27. Octobris.

**Rzebrzik.** Anno quo supra die 22. Octob. data est crida cum commiss. dom. Nicolao de Rakonik presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Rzebrzik ex eo, quod dom. Nicolaus vltimus ipsius ecclesie rector aliud beneficium incompatibile videlicet ecclesiam paroch. in Dolan pacifice est assecutus vacantem, ad presentacionem dom. Wenceslai Roman. et Boemie regis. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Zbiroh*.

**S. Michaelis Prag.** Nicol. Puchnik etc. Quod nos ad present. honorab. dom. Bernhardi plebani ecclesie S. Michaelis maioris Ciuitatis Prag., et discretorum virorum Hanze Luthomericzr, Hanze Rost, Johannis Zeydlini de Pieska ciuium eiusdem Ciuitatis Prag., ad altare SS. Apostolorum in ecclesia S. Michaelis eiusdem Ciuitatis Prag., per mortem domini Henrici vacans, discr. Wenceslaum de Kramolin clericum Prag. dioc. crida etc. Datum Prage Anno Dom. 1395 27. Octobris.

**Zlobyedicz.** Anno quo supra die 29. Octob. data est crida dom. Rudolto presbyt. de Horzan ad ecclesiam paroch. in Zlobyedicz per mortem dom. Henslini vacantem, ad presentacionem famosorum Petri de Buskowicz, Wanyssij de Chrastyan ac Petri de Bruss. Pro exec. plebanus ecclesie in *Magnauilla* deputatus.

**Pobipes.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem famosi Thome clientis de Lowczicz et Manye vidue de Pobipes, ac

Zavissij clientis de Suticz, ad ecclesiam paroch. in Pobipes per mortem dom. Bernhardi vacantem, discr. Nicolaum de Caczow crida etc. 1395 penultima Octobris.

**In Vado in Praga.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem et petic. honesti Jacubconis Benessower de Brazdym, ad altare S. Marie Virg. in ecclesia S. Johannis Bapt. in Vado maioris ciuitatis Prag., per resignacionem Jacobi clerici ibidem de Brazdym, ex causa permutacionis vacans, honorab. Johannem clericum olim S. Wratislau. et SS. Cozme et Damiani in Boleslauia canonicum dictos canonicatum et prebendam permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1395 penultima Octobris.

**O. II. — Zahradka.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem Venerabilis dom. Johannis prepositi ecclesie omnium Sanctorum in castro Pragensi et canonici ecclesie S. Petri Wissegrad., in et ad ecclesiam paroch. in Zahradka, per mortem dom. Pauli vacantem, in qua prefatus prepositus racione commende seu obediencie ecclesie Wissegrad. juspatr. dinoscitur obtinere, discr. dom. Chwalonem de Smilkow presbyterum Prag. diocesis crida etc. Datum Prage A. D. 1395 die 2. Nouembris.

**Groth.** Anno quo supra die 3. Nouemb. data est crida dom. Petro de Zittauia presbytero Prag. dioc., ad ecclesiam paroch. in Groth per mortem dom. Nicolai vacantem, ad presentacionem famosorum Henrici Burgrauij de Donyn residentis in Grefenstein, et Anshelmi de Renow aduocati Zittauiensis. Presentatus est sibi pro exec. decanus Zittauien. pleb. in *Odrwicz.*

**Glatouia.** Anno quo supra die 4. Nouemb. data est crida cum commissione confirmacionis dom. Johanni de Pomuk presbytero Prag. diocesis, ad altare Corporis Christi in eccl. parochiali in Glatouia, per mortem dom. Sismundi vltimi et immed. ipsius altaris rectoris vacans, ad presentacionem et peticionem honesti Martini ciuis in Glatouia dicti Passower. decanus Glatouiensis, plebanus ecclesie in *Stiepanowicz* presentatus est sibi pro executore.

**Czegek.** Anno quo supra die 3. Nouemb. data est crida domino Wenceslao dicto Dyethmar ad ecclesiam paroch. in Czegek per mortem dom. Galli vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem famosorum Hrzkonis de Brodecz, Zdyslai de Krnsko et Petri dicti Prusko. Pro executor plebanus ecclesie in *Stranicz.*

**Skalicz.** Anno quo supra die 6. Nouemb. data est crida cum commissione confirm. dom. Johanni olim plebano eccl. in Struh ad ecclesiam in Skalicz, per mortem dom. Galli vlt. rectoris vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Theodrici de Janowicz dicti de Nachod dicte ecclesie patroni. Executor deput. Hanussius plebanus ibidem in *Skalicz.*



**Nabdin.** Anno quo supra die 12. Nou. data est crida dom. Benessio olim canonico prebendato ecclesie Melnicensis ad ecclesiam in Nabdin ex causa permutacionis cum domino Andrea olim plebano ecclesie ibidem in Nabdin, de consensu honorabilium et religiosorum dominorum Abbatis Diuissij et conuentus monasterij Brewnouiensis ordinis S. Benedicti dicte ecclesie patroni, et fuit sibi pro executore plebanus in *Malibor* deputatus.

**Nyziebuoh.** Anno quo supra die 12. Nouemb. data est crida dom. Benessio presbytero de Peczek ad ecclesiam paroch. in Nyziebuoh per mortem dom. Thomikonis vltimi rectoris, ad presentacionem et peticionem nobilis dom. Gytcze relicte olim nobilis dom. Nicolai Zagiecz de Budyna, nec non nobilis dom. Vlrici de Zagieczecz domini in Hazemburg ac Venerab. dom. Wilhelmi de Plzna prepositi ecclesie Boleslauiensis, tutorum orphanorum dicti dom. Nicolai dicte ecclesie in Nyziebuoh patronorum. Deput. est sibi pro exec. plebanus in *Kostelecz.*

**Slatina.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Slatyna per resignacionem dom. Bartholomei ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosorum Zdenconis, Johannis et Chwalonis clientum dicte ecclesie in Slatyna patronorum, honorab. dom. Johannem olim maiorem Mansionarium cori beate Marie Virg. in ecclesia Prag. crida etc. A. D. 1395 13. Nouembris.

**Brod.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem nobilis Theodrici de Kuthstein, ad ecclesiam paroch. in Brod per mortem dom. Nicolai vacantem, discr. dom. Jacobum de Poczatek presbyterum Prag. dioc. crida etc. A. D. 1395 die 13. Nouembris.

**Juuenifago.** Anno quo supra die 14. Nouemb. data est crida dom. Johanni olim plebano in Juuenifago ad ecclesiam paroch. in Juuenifago ex causa permutacionis cum dom. Petro olim plebano in Schoenberk pro eadem ecclesia sua, de consensu Petri dicti de Meyhenweldt residentis in castro Schoczler. Exec. pleb. in *Antiqua Ciuitate.*

**O. III. — Schoenberk.** Anno quo supra 14. Nouemb. data est crida per dom. Nicol. Puchnik Vicarium ad ecclesiam paroch. in Schoenberk domino Petro olim plebano in Schoenberk, ex causa permutacionis cum dom. Johanne plebano in Juuenifago pro eadem ecclesia sua, de consensu honorabilium et religiosorum dom. Nicolai Abbatis monasterij in

Crissaw et conuentus ordinis Cistercien. dicte ecclesie in Schonberg patronorum. Executor decanus Curiensis plebanus in *Prussnicz.*

**Zittauia.** Anno quo supra die 15. Nouemb. data est crida dom. fratri Johanni professo monasterij S. Johannis Jerosolimitani ad ecclesiam paroch. in Zittauia per resignacionem dom. Wenceslai fratris eiusdem monasterij vacantem, ad presentac. Venerab. Markoldi magistri per Boemiam, Morauiam, Austriam etc. ordinis antedicti dicte ecclesie in Zittauia patroni. Deputatus est sibi pro exec. decanus Zittauien. plebanus in *Odrwicz.*

**Vpicz.** Anno quo supra 18. Nouembris data est crida dom. Simoni de Krziwicz presbytero Prag. diocesis, ad ecclesiam paroch. in Vpicz, per mortem dom. Martini vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Hynaczconis de Wunselburg alias de Duba.

**Groth.** Anno quo supra 20. Nouembris data est commissio ad dominum decanum Zittauien. plebanum ecclesie in Odruicz, quatenus vocato dom. Petro capellano capellanie S. Marie in Groth resignacionem eiusdem capellanie sue, si eam sponte et libere voluerit recipiat, et eadem recepta cridam seu proclamacionem de dom. Zdencone presbytero de Lipa proximo die dominico aut alio festiuo faciat, et si nullus apparuerit contradictor, quod dom. eundem Zdenconem ad presentacionem et peticionem Henrici Burgrauij in Donyn *tercia die* a proclamacione confirmet.

**Grawensteyn.** Anno quo supra die 20. Nouemb. data est commissio ad dom. decanum Zittauien. plebanum ecclesie in Odruicz, quatenus vocato ad sui presenciam dom. Petro capellano eiusdem capellanie, resignacionem ab ipso, si eam facere voluerit, recipiat et admittat, et eadem recepta et admissa cridam seu proclamacionem de dom. Nicolao de Craczauia presbytero Prag. dioc. faciat, et si nullus apparuerit contradictor, ipsum ad presentacionem et peticionem Henrici Burgrauij in Donyn *tercia die* a proclamacione instituat et confirmet.

**Vhrzin.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem nobilis dom. Pothe de Czatholouicz senioris, in et ad ecclesiam par. ibidem in Vhrzin per mortem dom. Petri discr. Blasconem natum Nicolai de Vhrzin clericum Prag. dioc. crida etc. 1395 22. Nouembris.

**Wolenicz.** Anno quo supra 22. Nouemb. data est crida cum commiss. dom. Caspari capellano in curia monetariorum in Montibuschuthnis per resignacionem dom. Georgij vltimi ipsius ecclesie rectoris per dom. Georgium altaristam in eccl.



S. Leonardi Maioris Ciuit. Prag. procuratorem legitimum, prout de mandato suo docuit coram nobis sufficienter, ad presentacionem famosi Stachonis Rubess dicte ecclesie patroni.

**Cruppka.** Anno quo supra die 22. Nouemb. data est crida cum commiss. confirm. dom. Nicolao presbytero de Drezden Misnen. dioc. ad altare Corporis Christi situm in ecclesia paroch. in Cruppka, per mortem dom. Johannis vlt. et immediati ipsius altaris rectoris, ad presentac. famosi Michaelis de Cruppka domini in Turmnycz. Deput. est sibi pro executore plebanus in *Cruppka.*

**Wiklek.** Anno quo supra die 27. Nouembris data est crida Petro de Wrziessow ad ecclesiam paroch. in Wiklek, per mortem Alberti clerici vacantem, ad presentac. et peticionem famosi Marquardi clientis de Krnyuicz. Executor plebanus in *Jessenicz.*

**O. IV. — Czyerkwicz.** Anno quo supra die 2. Decemb. data est crida Stankoni Vicario in Zym ad ecclesiam in Czyerkwicz, per mortem dom. Wenceslai vacantem, ad presentacionem famosi Henrici clientis de Zdebuzin residentis in Libochowa dicte ecclesie patroni.

**Odrowicz.** Anno quo supra 3. Decemb. data est crida cum commissione et confirm. dom. Caspari presbytero de Muczenicz Misnen. dioc. ad ecclesiam in Odrawicz, per mortem dom. Nicolai, ad presentacionem famosorum Henrici de Reydeburg, Cune matris ipsius, Henrici de Bowerzicz cum fratribus et sorore dicte ecclesie patronorum. Executor plebanus in *Rupertiuilla.*

**Cadow.** Anno quo supra 3. Decemb. data est crida cum commissione Vitla olim plebano ecclesie in Messna ad ecclesiam paroch. in Cadow per resignacionem dom. Viti vacantem ex causa permutacionis de consensu honeste matrone domine Margarethe relicte quondam Johannis dicti Selmberg residentis ibidem in Cadow ac Johannis de Holessicz tutoris orphanorum prefati Johannis Selmberg. Executor plebanus in *Bezdyecow.*

**Messna.** Anno quo supra 3. Decemb. data est crida cum commiss. confirm. dom Vito olim plebano ecclesie in Cadow ad ecclesiam paroch. in Messna, per resignacionem dom. Vitle ultimi et immediati ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosorum virorum Jaroslai et Sezeme de Humberg et Buskonis de Conraticz. Deputatus est sibi pro executore plebanus ecclesie in *Tynyewicz.*

**Boroticz.** Anno quo supra 3. Decemb. data est crida cum commissione confirmacionis dom. Penuskoni olim maiori mansionario chori beate Marie Virg. in ecclesia Prag. ad ec-

clesiam paroch. in Boroticz, per resignacionem dom. Nicolai ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorb. et relig. Sdenconis supremi magistri hospitalis tociusque conuentus monasterij S. Francisci in latere pontis Prag. Executor plebanus ecclesie in *Knyn.*

**Czachowicz.** Anno quo supra 7. Decemb. data est crida cum commiss. confirm. dom. Johanni olim plebano ecclesie in Przimda ad ecclesiam parochl. in Czachowicz, per resignacionem dom. Alberti ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. Francisci Gewuheri. Executor in *Przimda* plebanus.

**Przimda.** Anno quo supra 7. Decemb. data est crida Alberto olim plebano ecclesie in Czachowicz ad ecclesiam paroch. in Przimda, per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu nobilis dom. Vlrici dom. in Hazemburg dicti Lepus. Executor plebanus in *Straz.*

**Swihow.** Anno quo supra 7. Decemb. data est crida Boskoni presbytero de Swihow ad altare S. Johannis in hospitali Swihouiensi per mortem dom. Vlrici vacans, ad presentacionem nobilis dom. Brzenconis de Scala residentis in Swihow. Executor plebanus ibidem in *Swihow.*

**Chuchel.** Anno quo supra die 9. Decembr. data est crida Jacobo olim plebano ecclesie in Bora ad ecclesiam in Chuchel per resignacionem domini Erasmi ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorb. et religiosi Friderici Abbatis monasterij Aule Regis ordinis Cistercien. Executor plebanus ecclesie S. Johannis Bapt. in *Vgezd Prag.*

**Bora.** Anno quo supra 9. Decemb. data est crida Erasmo olim plebano ecclesie in Chuchel ad ecclesiam in Bora, per resignacionem dom. Jacobi vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem ex causa permutacionis, de consensu dom. Wenceslai Abbatis Czedlicen. ordinis Cisterciensis.

**Reczczicz.** Anno quo supra 11. Decemb. data est crida Nicolao presbytero de Lubano Misnen. dioc. ad ecclesiam in Reczczicz, per resignacionem dom. Jacobi de Tachowia vacantem, ad presentacionem honorb. et religiosi Johannis Abbatis in Ossyek ordinis Cistercien.

**O. V. Holohlaw.** Anno quo supra 13. Decembris data est crida Hincziconi presbytero de Luthomisl ad ecclesiam paroch. in Holohlaw, per mortem dom. Petri vacantem, ad presentacionem famosorum Mathie dicti Hrachowecz, Wolkmari de Holohlaw clientum, Mathie nati Benessij militis de Czrnossicz, ac strenui militis Paskonis ibidem de Czrnossicz nunc in Pless residentis, nec non Mixiconis clientis de Czaslawek. Executor plebanus in *Semonicz.*



**Waltheriuilla.** Anno quo supra 14. Decemb. data est crida Johanni presbytero dicto Synhaycz Missnen. ad ecclesiam in Waltheriuilla vacantem ex eo, quod dom. Petrus vltimus ipsius eccl. rector aliud beneficium est assecutus, ad presentacionem famosi Conradi Kygaw clientis de Heynwald patroni. Executor decanus *Zittauien.* plebanus.

**S. Egidij in Praga.** Nicol. Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem et petic. prouidi Nicolai Ortlini ciuis Maioris Ciuitatis Prag., ad altare S. Wenceslai in ecclesia S. Egidij eiusdem Ciuitatis Prag., per mortem dom. Johannis vacans, discr. Leonardum natum Nicolai de Praga presbyterum crida etc. 1395 14. Decembris.

**S. Benedicti in Praga.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem honesti viri Laurencij dicti Czeysmayster ciuis Maioris Ciuit. Prag., ad altare S. Agnetis et SS. Petri et Pauli Apostolorum in ecclesia paroch. S. Benedicti eiusdem Maioris Ciuitatis Prag. de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, honor. Peregrinum de Nawsadlicz presbyterum Olomuc. dioc. crida etc. Datum Prage 1395 15. Decembris.

**Bor Maior.** Nicol. Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem Venerabl. et religiosi viri dom. Valentini prepositi monasterij Sderasiensis in Praga sacro sepulcri sancti Dom. Jerosolimitani, in et ad ecclesiam parochialem in Maiori Bor vacantem ex eo, quod prefatus dom. Valentinus aliud beneficium videlicet prepposituram monasterij predicti est pacifice assecutus, in qua pref. dominus Valentinus prepositus juspatronatus dinoscitur obtinere, religiosum virum fratrem Nicolaum Konik professsum ordinis predicti crida etc. Dat. Prage A. D. 1395 die 17. Decembris.

**Kozolup.** Nic. Puchnik etc. Quod orta nuper coram nobis lite et materia questionis de et super eccl. paroch. in Kozolup, per mortem dom. Desiderij vlt. et immed. ipsius eccl. rectoris vac., inter discr. virum dom. Joh. de Nasseticz per famosos viros Benedam de Slawicz, Theodricum de Kuthstein, Habardum de Erpuzicz clientes, et strenuum militem Borziwogium de Swinarz residentem in Plzna ad dictam ecclesiam presentatum ex vna, et Chwalonem de Oczyn, Rathmirum ibidem, Desiderium de Olbramow similiter clientes parte ex altera, vbi dicte partes in eadem causa seruatis seruandis interuenientes pro iure suo vsque sentencie diffinitiue punctum processerunt. Nos igitur omnibus et singulis actis acticatis cause eiusdem visis et meritis ipsius cause discussis, ex tenore sentencie diffinitiue in huiusmodi causa promulgate, prefatum dom. Johannem in persona magistri Conradi de Braclis, procuratoris ipsius legi-

timi pro eo, dicte ecclesie in Kozolup rectorem legitimum instituimus et plebanum, ipsumque de predicta ecclesia cum omnibus juribus et pertinencijs suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam animarum et regimen dicte ecclesie in Kozolup eidem comittimus, ipsum ad eandem confirmantes. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigilli Vicariatus Archiepiscopatus Prag. appensione jussimus communiri. Datum Prage A. D. 1395 die 18. mensis Decembris.

**Lstyen.** Anno quo supra die 21. Decemb. data est crida cum commissione confirmacionis dom. Henrico de Netholicz ad ecclesiam paroch. S. Adalberti in Lstien per mortem dom. Venceslai ultimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, ad presentacionem famosorum virorum Czenconis, Hrdonij, Alssonis de Libolin et Diuissonis de Lstien dicte ecclesie S. Adalberti patronorum. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Hosticz.*

**N. VIII. — Zalunow.** Anno quo supra 15. Septemb. data est crida dom. Petro vicario de Gredis presbytero Prag. diocesis ad ecclesiam parochialem in Zalunow per mortem dom. Bartholomei vltimi rectoris eiusdem, ad presentacionem famosi viri Mixikonis clientis ibidem de Zalunow patroni. Pro executore deputatus plebanus in *Hermanicz.*

---

## Libri V. Annus 1396.

**O. VI. — Janow.** Anno quo supra die 4. mensis Januarij data est crida cum commissione confirmacionis dom. Francisco olim plebano ecclesie in — Wratislau. diocesis ad ecclesiam parochialem in Janow, per resignacionem dom. Johannis vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris, ex causa permutacionis in manibus nostris factam, per nos receptam et admissam vacantem, de consensu Nobilis dom. Purkardi dicti Strnad. Deputatus est sibi pro executore plebanus ecclesie in *Wozicz.*

**Schrekendorff.** Anno quo supra die 7. Januarij data est crida cum commissione confirmacionis dom. Bernhardo olim plebano ecclèsie in Screyberdorff Wratislau. diocesis, ad ecclesiam parochialem in Screkendorff, per resignacionem dom. Johannis vltimi rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi Caspari Burgrauij in *Carpensteyn.*

**Miza.** Anno quo supra die 7. Januarij data est crida cum commiss. confirm. Johanni clerico de Miza, ad altare S. Georgij in ecclesia Omnium Sanctorum in Miza per mortem dom. Johannis vacantem, ad presentacionem et peticionem honestorum judicis et juratorum in Miza. Executor plebanus in *Dubrawa.*

**Bethleem.** Nicolaus Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem honesti viri Crucis institoris Maioris Ciuitatis Pragensis, in et ad altare S. Margarethe et SS. Katherine et aliarum sanct. Virginum in cappella SS. Innocentum alias Bethleem nuncupata in Praga, de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, discr. virum dom. Mathiam de *Tuczap* presbyterum Prag. diocesis crida etc. A. D. 1396 8. Januarij.

**Karstein.** Nic. Puchnik etc. Quod nos in et ad decanatum cappelle regie in Karlsteyn per resignacionem honorb. dom. Johannis vltimi decani ex causa permutac. vacantem, de consensu Wenceslai Romanorum et Boemie regis dicti decanatus patroni, discretum Nicolaum olim plebanum ecclesie S. Benedicti in Hradczano Pragen. cum dicto Johanne pro decanatu antedicto permut. crida etc. 1396 19. Januarij.

**Hradczana.** Nic. Puchnik etc. Quod nos ad ecclesiam paroch. S. Benedicti in Hradczano Pragensi, per resignacionem Nicolai ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. Johannis Nase procuratoris legitimi Venerabilis magistri Francisci Archidiaconi Prag. patroni, discr. Johannem olim decanum in castro Karlstayn cum dicto Nicolao permut. crida etc. 1396 19. Januarij.

**Bystrzicz.** Nicolaus Puchnik etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod orta dudum coram nobis lite et materia questionis de et super ecclesia paroch. in Bistrzicz per mortem dom. Nicolai vltimi rectoris eiusdem vacante, inter discretos presbyteros Wenceslaum de Cziessow per famosos viros Johannem et Sdenconem ceterosque fratres de Copidlna ac Dobranonem dictum Zlozek de Bistrzicz ex vna, et Stephanum per Johannem Chigiczka de Chigicz et Marquardum de Labun et Johannem Cselestko de Minori Bistrzicz nec non Pabam Naklonis ibidem de Bistrzicz parte ex altera ex deductis, probatis et allegatis ac in causa super ecclesia antedicta habitis et conscriptis, per nostram sentenciam diffinitiuam in scriptis latam et promulgatam, prefatum Wenceslaum tamquam ab eis, qui plus juris patronatus ecclesie prescripte in Bistrzicz obtinent, respectiue presentancium dom. Stephanum supradictum decreuimus seruatis seruandis confirmandum eundemque ecclesie supradicte rectorem legitimum instituimus et plebanum etc. 1396 die 19. Januarij.

**O. VII. — Waczow.** Johannes Kbel etc. Quod vertente dudum causa et questione coram nobis de et super ecclesia paroch. in Waczow, per mortem Martini vacante, inter discretos dom. Jacobum de Antiquaboleslauia per famosos viros Karolum de Chwalissowicz, Raczkonem et Otticonem ibidem, ac Andream et Johannem de Mirzeticz et Benessium Vlricum de Radcowicz, Boztiechonem de Czilen et Zdotham de Monte ac Benessium clientes ex vna, et Michaelem de Radcze similiter presbyterum per Hermannum de Radcowicz armigerum hincinde ad ecclesiam in Waczow predictam presentatos, ex deductis, probatis, probatis et allegatis in causa predicta et inter partes prescriptas omnibus et singulis actis acticatis, visis et intellectis ac mature discussis, prefatum Jacobum per patronos in jure patronatus existentes et in possessorio decreuimus, servatisque seruandis ad dictam ecclesiam in Waczow confirmandum ac eiusdem ecclesie rectorem legitimum instituimus et plebanum ipsumque etc. Datum Prage A. D. 1394 die 2. Octobris.

**Miza.** Anno quo supra die vltima Januarij data est crida cum commiss. Johanni presbytero de Glathowia Prag. dioc., ad altare Visitacionis S. Marie et beate Katherine Virginis in ecclesia Omnium Sanctorum in Miza de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, ad presentacionem honestarum matronarum Anne Jadrnsky et Elizabeth Radnikonis bone memorie relictarum ciuium ciuitatis in Miza. Executor plebanus in *Dubrawa.*



**Mittevalde.** Anno quo supra 5. Februarij data est crida Nicolao Geyczh presbytero ad ecclesiam in Mittevalde per mortem Reynczkonis rectoris vacantem, ad presentacionem strenui militis Ottonis de Glawbis dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Lutherbach.*

**Byelczicz.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem famosorum Sbinconis et Bohunkonis fratrum clientum de Lochowicz ad ecclesiam in Byelczicz per mortem Johannis, in qua prefati clientes juspatronatus dinoscuntur obtinere, discr. Laurencium presbyterum de Drahotin crida etc. 1396 7. Februaij.

**Kolessowicz.** Anno quo supra 8. Februarij data est crida Johanni presbytero de Zacz ad ecclesiam in Kolessowicz per mortem vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem et petic. nobilis domini Alberti Senioris de Kolowrath domini in Libstain dicte patroni. Executor deputatus plebanus in *Dyekow.*

**Horzicz.** Anno quo supra 10. Febr. data est crida Nicolao plebano eccl. in Pulcromonte ad ecclesiam paroch. in Horzicz per resignacionem Petri vacantem, de consensu —

**Lucawicz.** Anno quo supra 14. Febr. data est crida cum commiss. Johanni de Dobruska presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam parochialem in Lucawicz per resignacionem Georgij vltimi rectoris eiusdem, ad presentacionem nobilis dom. Nicolai de Zampach dicti de Potenstein vacantem. Executor plebanus in *Zamberg.*

**Zlowyedicz.** Anno quo supra die 17. Februarij data est crida Andree de Dobromiricz presbytero Prag. diocesis, ad ecclesiam paroch. in Zlowyedicz per resignacionem Rudolfi rectoris vacantem, ad presentacionem famosorum Wanissij de Chrastyan, Petri de Buskowicz et Petri de Bruss dicte ecclesie patronorum. Pro executore plebanus in *Knyezicz.*

**Tyssow.** Anno quo supra 17. Febr. data est crida cum commissione Francisco presbytero de Tachouia Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Tyssow per mortem Bartholomei vacantem, ad presentacionem Johannis clientis de Kumplcz alias de Tiss patroni. Executor plebanus in *Merica.*

**O. VIII. Cyerquicz.** Anno quo supra 23. Februarij data est crida dom. Strzesimiro presbytero de Cierquicz ad ecclesiam paroch. ibidem in Cierquicz per mortem Vlrici, ad presenta-

cionem famosorum Vynoldi et Johannis Patak fratrum ibidem de Czierquicz. Executor plebanus in *Zerzicz.*

**Gradic. Suburbium.** Anno quo supra 25. data est crida fratri Henrico de Byrfels professo ordinis S. Marie de domo theutonica, ad ecclesiam paroch. S. Jacobi in suburbio Gradicensi per resignacionem fratris Vlrici vacantem, ad presentacionem Venerab. et religiosi fratris Alberti prouincialis ordinis antedicti per Boemiam et Morauiam etc. Exec. plebanus S. Spiritus in *Grecz Regine.*

**Pulcer Mons.** Anno quo supra 25. Febr. data est crida Martino plebano seu perpetuo Vicario in Sicca, ad ecclesiam paroch. ibidem in Pulcromonte, per resignacionem Petri vacantem, de consensu honorbl. et religiosorum Francisci Abbatis tociusque conuentus Monasterij Milocensis patronorum. Executor plebanus in *Wlassowicz.*

**Sicca.** Anno quo supra 25. Febr. data est crida Petro plebano ecclesie in Pulcromonte ad ecclesiam paroch. in Sicca per resignacionem Martini vacantem, de consensu Wenceslai Roman. et Boemie regis patroni. Executor plebanus in *Swossicz.*

**Nekorz.** Anno quo supra 4. Marcij data est crida Henslino olim plebano ecclesie in Dobrzan ad ecclesiam paroch. in Nekorz, per resignacionem Thome vacantem ex causa permutacionis, de consensu Nobilis dom. Nicolai de Potnstayn alias de Zampach. Executor plebanus in *Zamberg.*

**Dobrzan.** Anno quo supra 4. Marcij data est crida Thome olim plebano ecclesie in Nekorz ad ecclesiam in Dobrzan per resignacionem Henslini ex causa permutacionis vacantem, de consensu Nobilis dom. Johannis de Frimburg. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Zakrowye.*

**Groth.** Anno quo supra 7. Marcij data est crida cum commiss. confirm. Francisco presbytero de Zittauia, ad capellam S. Marie in Groth per resignacionem Sdenconis rectoris vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici Burgrauij de Donyn domini de Grawensteyn. Pro executore plebanus in *Groth.*

**Neydek.** Anno quo supra 13. Marcij data est commissio ad plebanum in Lucidaciuitate, quod vocato ad sui presenciam dom. Wenceslao plebano ibidem in Neydek resignacionem dicte ecclesie sue, si eam facere voluerit sponte et libere, recipiat et admittat, et eadem recepta cridam dę persona fratris Nicolai professi Monasterij Teplensis per dominam Johankam relictam quondam Henrici ibidem de Neydek ac Henricum filium eiusdem ad eandem ecclesiam presentati faciat, et demum, si nullus apparuerit contradictor, ipsum ad eandem confirmet.



**Odrwicz.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem famosorum Henrici de Reydeburg ac Gunegundis matris ipsius, et Henrici de Bolberzicz, nec non fratrum et sororum eiusdem, ad ecclesiam paroch. in Odrwicz per mortem Nicolai vacantem, discr. Casparum de Muczenicz presbyterum Misnensis dioc. crida etc. 1396 die 13. Marcij.

**O. IX. Henrici Villa.** Anno quo supra 16. Marcij data est crida cum commiss. Francisco dicto Ronberger presbytero de Zittauia ad ecclesiam in Henrici Villa Scriptoris, per mortem dom. Jacobi dicti Rulanth vacantem, ad presentacionem Agnetis relicte quondam Nicolai Lodwigsdorff ciuis de Zittauia dicte ecclesie patrone. Pro executore plebanus in *Ziffridiuilla.*

**Luzna.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem Wenceslai Rom. et Boemie regis ad ecclesiam paroch. in Luzna, per mortem Johannis vltimi rectoris vacantem, discr. Wenceslaum de Racownik presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1396 24. Marcij.

**Teplissowicz.** Anno quo supra 24. Marcij data est crida Wenceslao presbytero de Sobyehrd ad ecclesiam paroch. in Teplissowicz per resignacionem Mauricij vacantem, ad presentacionem strenui militis Przisnaconis de Cozmicz patroni. Executor deputatus plebanus in *Cozmicz.*

**Lipa.** Anno quo supra 24. Marcij data est crida Augustino clerico Prag. diocesis ad altare S. Crucis in ecclesia paroch. in Lipa, per resign. dom. Jacobi rectoris vacans, ad presentacionem prouidi Heyncz Vienthonis dicti Muel patroni. Executor plebanus ibidem in *Lipa.*

**Vapno.** Anno quo supra die 28. mensis Marcij—

**Ylauia.** Anno quo supra die 5. Aprilis data est crida dom. Johanni de Sluknaw presbytero Misnen. diocesis ad ecclesiam in Ylawia vacantem per mortem Wenceslai vltimi ipsius ecclesie rectoris, ad presentacionem Conradi, Alberti fratrum de Napticz. Executor plebanus in *Zymburg.*

**Maynholth.** Anno quo supra 11. Marcij data est crida Johanni de Czekczicz presbytero Prag. diocesis ad ecclesiam in Maynholth, per resignacionem Wenceslai vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Rosmberg dicte patroni. Executor plebanus in *Welessin.*

**Eprnicz.** Johannes Kbel etc. Quod orta coram nobis lite et materia questionis de et super ecclesia paroch. in Eprnicz per mortem dom. Thome vltimi rectoris eiusdem vacante, inter discretos dom. Johannem Sdenconis de Zdor presbyterum per dom. Johannem de Jerzan Archidiaconum Gradicensem in ecclesia Prag. antedicta, et Hermannum Militem de Hradek ex vna, et dom. Blasconem altaristam in

Thachowia per dominam Annam relictam Odoleni de Nezabilicz parte ex altera, hincinde ad ecclesiam supradictam in Eprnicz presentatos, predicti presentati juris ordine obseruato in eadem causa usque ad diffinitiuam processerunt, ex quorum productis, deductis et allegatis in judicio per nostram interlocutoriam prefatum dom. Blazconem in persona Mauricij dicti Machuta procuratoris ipsius legitimi receptis ab ipso juramentis consuetis, dicte ecclesie in Eprnicz rectorem legitimum instituimus et plebanum etc. Datum Prage Anno Domini 1390 quarto die 29. mensis Maij.

**Prussin.** Anno quo supra die 16. Aprilis data est crida Diuissio presbytero de Harauicz ad capellaniam S. Katherine Virg. in Prussin de nouo dotatam et per nos in beneficium ecclesiasticum erectam, ad presentacionem famosi Wilhelmi clientis de Nethunicz.

**O. X. — Byelenecz.** Anno quo supra die 17. mensis Aprilis data est crida cum commissione proclamacionis dom. Johanni de Trziebyewlicz presbytero Prag. diocesis ad ecclesiam paroch. in Byelenecz, per mortem domini Hrzkonis vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris, ad presentacionem famosorum virorum Henrici et Petri fratrum germanorum de Sprimberg. Deputatus est sibi pro executore plebanus in *Jessenycz.*

*Toto potvrzení čte se též česky v našich dskách zemských v svazku XXI. na str. 107 takto:*

*Leta Bozieho Tisiczieho Trzisteho 94 (vlastně 96) dano gesti prowolanie s poruczenstwim kniezi Ganowi k kostelu Bieleneczkemu po smrti knieze Hrzka ku podanj slowutnych Gindrzicha a Petra wlastnich bratrzi z Sprimberga. Fararz Geseniczky k vwodu byl vstawen.*

**Hodussyn.** Anno quo supra 19. Aprilis data est crida cum commiss. dom. Mcislao priori Monasterij Syloensis ad ecclesiam paroch. in Hodussin per resignacionem fratris Buzkonis professi eiusdem monasterij plebani siue rectoris eiusdem ecclesie ex eo, quia aliud beneficium est assecutus, ad presentacionem Henrici Abbatis Monasterij predicti. Pro executore plebanus in *Sepekow.*

**Przibislawicz.** Anno quo supra 21. Aprilis data est crida Wenceslao olim plebano ecclesie in Welethow ad ecclesiam paroch. in Przibislawicz, per resignacionem Bedrici ex causa permutacionis vacantem, de consensu religiosi Bartussij comendatoris in Drobowicz. Executor plebanus in *Kozohled.*

**Welethow.** Anno quo supra 21. Aprilis data est crida Bedrico olim plebano in Przibislawicz ad ecclesiam paroch. in Welethow per resignacionem Wenceslai ex causa permutacionis vacantem, de consensu Abbatis et conuentus Monasterij Czedlicensis. Executor plebanus in *Conarzowicz* decanus *Coloniensis.*



**Hosczicz.** Anno quo supra die 21. Aprilis data est crida Benessio clerico de Nemisle, ad ecclesiam in Hosczicz per mortem Biechonis vacantem, ad presentacionem famosorum Henrici de Prudicz, Littwini de Bukowie, Bohuslai de Nemisle et Andree ibidem de Nemisle fratrum dicte patronorum. Executor plebanus in *Luzicz.*

**Naczeracz.** Georgius Bora etc. Quod nos ad presentacionem famosorum Przibiconis de Byssow, Onssonis de Quietussye et Vlrici de Dobrziemyelicz, tutorum orphanorum Pelrzimi bone memorie clientis de Machlow videlicet, Hinconis et Przibislaonis, ad altare S. Marie in Naczeracz per mortem Peregrini rectoris vacans, discr. Thobiam de clericum Prag. dioc. crida seu proclamacione etc. 1396 die 23. Aprilis.

**Zacense preurbium.** Anno quo supra 24. Aprilis data est crida Heroldo de Kralowicz presbytero Prag. dioc., ad ecclesiam parochialem S. Michaelis in preurbio ciuitatis Zacensis per mortem dom. Nicolai vacantem, ad presentacionem famosi Russonis clientis moram trahentis in castro Hradek. Executor plebanus S. Marie in *Zacz.*

**Desczna.** Anno quo supra 25. Aprilis data est crida Henrico diacono de Jestrzebina ad ecclesiam paroch. in Desczna per mortem Johannis vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici Senioris dicti Berka de Duba domini in Huska. Executor plebanus in *Duba.*

**Slapanow.** Anno quo supra die 26. Aprilis data est crida Conrado presbytero de Longauilla ad altare S. Katherine in ecclesia paroch. in Slapanow, de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, ad presentacionem honorb. Mauricij plebani ibidem in Slapanow dicti altaris patroni, et fuit sibi pro executore plebanus in *Stok.*

**Przibislauicz.** Anno quo supra 7. Aprilis data est crida Johanni de Zissow presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam in Przibislauicz per resignacionem Wenceslai vacantem, ad presentacionem Religiosi Bartossij commendatoris Monasterij in Przibislauicz ordinis S. Marie de domo theutonica. Executor plebanus in *Kozohled.*

**P. I. — Nahorziedczicz.** Anno quo supra 21. Apr. data est crida Joh. Rochlicz clerico de Rochlicz ad ecclesiam parochialem in Nahorzyedczicz per resignacionem Johannis vltimi rectoris, ad presentacionem et peticionem famosorum Wladonis de Oczyedielicz, Nicolai de Nahorziedczicz et Ogerij ibidem de Oczyedielicz dicte ecclesie patronorum. Executor plebanus in *Chiss.*

**Trnowa.** Anno quo supra 28. Aprilis data est crida Simoni olim plebano in Czrmpna et ejus filiali in Lipowa ad eccl. in Trnowa ex causa permutacionis, de consensu honor. et relig. Abbatis et conuentus Monasterij Brewnouiensis ordinis S. Benedicti dicte patroni. Pro exec. deput. pleb. in *Gilowiscz.*

**Czrmpna et Lipowa.** Anno quo supra 27. Aprilis data est crida Nicolao olim plebano ecclesie in Trnowa ad ecclesiam in Czrmpna et eius filialem in Lipowa ex causa permutacionis, de consensu famosi viri Otticonis clientis de Czrmpna patroni. Pro executore deputatus plebanus in *Bukow.*

**Camenicz.** Anno quo supra die penultima Aprilis data est crida dom. Bennessio presbytero de Suss ad altare omnium Sanctorum in ecclesia paroch. in Camenicz per resignacionem Andree vltimi et immediati ipsius altaris rectoris vacans, ad presentacionem honorab. Ogerij plebani ecclesie ibidem in Camenicz, deputatusque est sibi pro executore plebanus in *Desczna.*

**Havran.** Adam de Neczeticz decretorum doctor, Archidiaconus Gradicensis in ecclesia Prag., Vicarius in Spiritualibus Archiepiscopatus Prag. generalis. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod orta lite et materia questionis de et super ecclesia paroch. in Hawran per mortem seu occasione mortis dom. Rudolti vltimi ipsius ecclesie rectoris vacante, inter dom. Jacobum plebanum ecclesie in Blazim per famosum Litoldum de Morawess residentem in Blazim presentatum ex vna, et nobilem dom. Wenceslaum de Coldicz et Benessium de Sabyenicz clientem parte ex altera, predicte partes per procuratores eorum legitimos in eadem causa seruatis seruandis vsque ad deffinitiuam sentenciam processerunt, ex quorum productis, deductis et allegatis sentencia diffinitiua contra predictum Jacobum super ecclesia predicta et pro parte prescriptorum Wenceslai de Coldicz et Benessij de Sabyenicz in scriptis est lata et promulgata, prout ex tenore eiusdem sentencie aput acta originalia cause huiusmodi descripte claret euidenter. Et quia ex tenore sentencie predicte prenominati Wenceslaus de Coldicz et Benessius de Sabyenicz ad ecclesiam prenominatam in Hawran sic, ut premittitur vacantem, ac tempore debito et a jure statuto nobis per honorabilem dom. Johannem de Duba canonicum ecclesie S. Georgij in castro Prag. presentauerunt, ideo ad presentacionem et peticionem eorumdem Wenceslai et Benessij de Sabyenicz predictum Johannem ad ecclesiam predictam, premissis cerimonijs debitis et consuetis, rectorem legitimum instituimus et plebanum, ipsumque de predicta eccl. in Hawran cum omnibus juribus et pertinencijs suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam animarum et regimen dicte ecclesie eidem



committimus, ipsum ad prenominatam ecclesiam in Hawran in Dei nomine instituentes et confirmantes. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigilli Vicariatus Archiepiscopatus Prag., quo ad presens vtimur, appensione iussimus communiri. Datum Prage Anno Domini 1396 die quarta mensis Maij.

**Bistrzicz.** Adam de Neczeticz decr. doctor etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem nobilium dominorum Andree, Hasconis, Benessij et Wenceslai fratrum de Duba alias de Lesczan, in et ad ecclesiam paroch. in Bistrzicz per mortem Johannis vacantem, honorab. Johannem Protywan rectorem capelle sanctorum Innocentum alias Bethleem nuncupate rectorem legitimum instituimus et plebanum etc. 1396 die 4. Maij.

**P. II. — Glacz.** Adam de Neczeticz etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod vacante nuper prepositura Monasterij montis S. Marie in Glacz canonicorum regularium ordinis S. Augustini Prag. diocesis, per liberam resignacionem fratris Johannis rectoris eiusdem, honorab. et religiosi fratres Bartholomeus, Luthardus, Vincencius sacristanus, Math. procurator, Paulus Libenstain, Johannes Aristotilis, Nicolaus caluus, Johannes Romanus, Wenceslaus celerarius, Nicolaus pellificis, Franciscus balneatoris presbyteri, et frater Erhardus dyaconus et frater Nicolaus Conuersus, nec non totus conuentus eiusdem monasterij in eodem monasterio conuenientes vocatisque ad eleccionem futuri prepositi omnibus, qui de jure et consuetudine fuerant vocandi, dieque certa et hora pro huiusmodi deputatis, placuit omnibus per formam compromissi procedere, per quam procedentes honorab. et religiosum fratrem Petrum priorem et professum dicti Monasterij hominem benemeritum, in regulari disciplina ac in spiritualibus et in temporalibus plurimum circumspectum, in suum et dicti monasterij prepositum canonice et legitime duxerunt eligendum et elegerunt, prout in decreto ellecciónis, quod coram nobis exhibuerunt, plenius continetur. Supplicauerunt itaque nobis supradicti fratres, nostram cum decreto eleccionis ipsorum accedentes presenciam, quatenus eleccionem ipsorum sic ut premittitur, de persona supradicti fratris celebratam approbare, et munus confirmacionis eidem fratri Petro, prout ad nostrum spectat officium, impendere digneremur. Nos igitur iuxta dictum apostoli, nemini cito manum imponi docentis facere volentes, crida seu proclamacione premissa in eodem monasterio, certum peremptorium terminum competentem assignauimus et prefiximus omnibus et singulis, qui sua crederent interesse ad proponendum et dicendum, si quid contra

predictum fratrem Petrum electum et ipsius eleccionem dicere et opponere vellent. Et cum in eodem termino nullus appareret contradictor, qui se dicte eleccioni aut persone electe opponeret, dictorum fratrum et conuentus monasterij Glacensis iustis et racionabilibus peticionibus inclinati diligentique examine eleccionis et persone electe prehabito pensatisque pensandis, cum nullum impedimentum canonicum uel contradiccio obuians apparuerit, Dei nomine inuocato, receptis ante omnia juramentis consuetis, prescriptam eleccionem de persona fratris Petri supradicti, ut premittitur, canonice celebratam auctoritate ordinaria approbauimus et confirmauimus, et presentibus confirmamus et approbamus, dictumque fratrem electum in prepositum monasterij memorati prefecimus et pastorem, curam animarum et regimen ac administracionem plenam et liberam tam in spiritualibus, quam in temporalibus eidem committentes. In cuius rei etc. Datum Prage A. D. 1396 die 4. Maij.

**Luky**. Anno quo supra die 6. Maij data est crida dom. Petro olim plebano in Maloyewicz ad ecclesiam in Luky, per resignacionem Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi Naczconis clientis ibidem de Luky. Exec. pleb. in *Minori Rzecziczka.*

**Lipa**. Anno quo supra die 5. Maij data est crida dom. Jacobo presbytero de Lipa ad altare S. Crucis in ecclesia paroch. SS. Petri et Pauli apostolorum in Lipa de nouo dotatum et per nos in beneficium perpetuum ecclesiasticum erectum, ad presentacionem prouidi Heynczonis Weitmil ciuis Lipensis. Exec. pleb. in *Libchawia.*

**Lipa**. Anno quo supra die 5. Maij data est crida ad altare S. Marie Virg. in ecclesia paroch. in Lipa do nouo dotatum et per nos in beneficium perpetuum erectum, ad presentacionem prouidorum Nicolai Phlug ciuis Lippensis et Romani, Marci, Mathie filiorum eiusdem. Executor plebanus in *Libchawia.*

**Prawonyn**. Anno quo supra die 5. Maij data est crida dom. Petro olim altariste altaris SS. Philippi et Jacobi Apostolorum in ecclesia paroch. in Chwoynecz, ad ecclesiam in Prawonyn ex causa permutacionis de consensu honorab. et religiosarum domicellarum priorisse et conuentus monasterij Lunowicensis ordinis Premonstratensis. Exec. Nicolaus pleb. in *Naczeracz.*

**Chwoynecz**. Anno quo supra die 5. Maij data est crida dom. Paulo olim plebano in Prawonin ad altare SS. Philippi et Jacobi Apostolorum in ecclesia paroch. in Chwoynecz ex causa permutacionis, de consensu honorab. domini



Thome plebani ibidem in Chwoynecz ac Przibe vidue ibidem dicti altaris patronorum. Exec. pleb. in *Neweklow.*

**Maloyowicz**. Anno quo supra die 6. Maij data est crida dom. Johanni olim plebano ecclesie in Luky ad ecclesiam paroch. in Maloyowicz, per resignationem dom. Petri vacantem, de consensu famosorum Petri et Procopij de Sobyessin clientum. Pro exec. pleb. in *Podwek.*

**P. III. — Zakup**. Anno quo supra 8. Maij data est crida dom. Henrico olim plebano ecclesie in Stwolenka ad ecclesiam in Zakup ex causa permutacionis cum Adalberto olim plebano in Zakup, de consensu nobilis dom. Wilhelmi de Wartemberg domini in Zakup dicte ecclesie patroni et fuit sibi pro exec. deput. pleb. in *Dobranow.*

**Stwolenka**. Anno quo supra 8. Maij data est crida dom. Adalberto olim plebano ecclesie in Zakup ad ecclesiam in Stwolenka ex causa permutacionis cum dom. Henrico, de consensu strenui Militis dom. Wenceslai dicti Kluk de Stwolenka patroni. Pro exec. deput. pleb. in *Radussow.*

**Przibram**. Adam de Neczeticz decr. doctor, Vicarius etc. Ad ecclesiam paroch. in Przibram per resignacionem dom. Petri ex causa permutacionis vacantem, de consensu Nobilis dom. Stephani de Opoczna dicte ecclesie patroni, discr. dom. Erasmum olim plebanum ecclesie in Swytawka Olomuc. dioc. crida etc. 1396 8. Maij.

**S. Michaelis Prag**. Georgius Bora licenciatus in decretis etc. Quod nos ad altare Corporis Christi in ecclesia S. Michaelis Maioris ciuitatis Prag. per resignacionem dom. Petri ex causa permutacionis vacans, de consensu honorab. dom. Bernhardi plebani eiusdem ecclesie S. Michaelis dicti altaris patroni, discr. dom. Petrum olim plebanum ecclesie in Petrowicz cum dicto Petro pro altari predicto permutantem crida etc. 1396 10. Maij.

**Petrowicz**. Georgius Bora etc. Ad ecclesiam in Petrowicz per resignacionem dom. Petri ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. Nicolai dicti Clementerij ciuis maioris ciuitatis Prag. dicte patroni, discr. Petrum olim altaristam altaris Corporis Christi in ecclesia S. Michaelis eiusdem ciuitatis Prag. crida etc. 1396 10. Maij.

**Grecz Regine**. Adam de Neczeticz etc. Ad presentacionem et peticionem strenui Militis Wilhelmi dicti Dubanek de Duban et prouidi viri Procopij dicti Rablik ciuis Grecensis, ad altare Omnium Sanctorum in ecclesia S. Spiritus in Grecz Regine per resignac. Johannis clerici de Myestecz, discretum Benessium plebanum ecclesie in Nedyelistz crida etc. 1396 12. Maij.

**Plaz.** Anno quo supra 12. Maij data est crida dom. Petro dicto Zubernik presbytero ad ecclesiam paroch. in Plaz per mortem dom. Petri vacantem, ad presentac. Nobilis dom. Wenceslai de Wartemberg domini in Tolsteyn. Exec. pleb. in *Brzezen.*

**Kunraticz.** Adam de Neczeticz etc. Ad ecclesiam in Kunraticz per mortem dom. Martini vacantem, ad presentacionem discreti Procopij Bohuslai ciuis maioris ciuitatis Prag. dicti altaris patroni. 1396 15. Maij.

**Okruhlicz.** Georgius Bora licenc. in decr. Ad presentacionem nobilium dom. Andree, Hasconis, Remessij et Wenceslai fratrum de Duba alias de *Lesczan*, ad ecclesiam paroch. in Okruhlicz per mortem dom. Jacobi vacantem, discr. Stephanum de *Slawnicz* rectorem legitimum instituimus et plebanum. 1396 17. Maij.

**P. IV. — Libyessicz.** Adam de Neczeticz etc. Ad presentacionem nobilis dom. Benessij de Lybyessicz ad ecclesiam ibidem in Libyessicz per mortem Quietkonis rectoris vacantem, discr. clericum honorabilem magistrum Nicolaum de Gurim presbyterum crida etc. 1396 24. Maij.

**Sweissin.** Adam de Neczeticz etc. Ad presentacionem et petic. honeste matrone domine Johancze relicte olim Benede de Sweissin, et famosorum Borniconis de Sczythar Burgrauij in Tustha et Wilhelmi, de Wolffstein residentis in Olbramow, tutoris dicte domine Johancze, discr. Marquardum plebanum ecclesie ibidem in Sweissin crida etc. Datum Prage A. D. 1396 23. Maij.

**Czista.** Anno quo supra die 28. Maij data est crida dom. Bartholomeo olim plebano ecclesie in Semonicz ad ecclesiam in Czista, ex causa permutacionis cum Jacobo de Czista, de consensu honorab. Abbatis et conuentus monasterij in Opathouicz ordinis S. Benedicti patronorum. Executor plebanus in *Calna.*

**Semonicz.** Anno quo supra 28. Maij data est crida dom. Jacobo olim plebano ecclesie Czista ad ecclesiam in Semonicz ex causa permutacionis cum Bartholomeo, de consensu famosorum Wyenconis de Byelidl, Pessiconis de Mezirziecz, Poskonis de Pless et Johannis ibidem de Pless eccl. dicte patronorum. Exec. pleb. in *Pless.*

**Tirchow.** Anno quo supra 29. Maij data est crida dom. Jacobo Preluss presbytero Missnen. dioc. ad ecclesiam paroch. in Tirchow per resignacionem Rudugerij vacantem, ad presentacionem famosorum Rampoldi et Olberti fratrum de Opyl patronorum. Exec. pleb. in *Fridericiuilla.*



**Hradistz.** Anno quo supra 29. Maij data est crida dom. Henslino de Luticz presbytero Prag. diocesis ad altare SS. Virginum Katherine et Dorothee in capella prope castrum Hradistz per resignacionem Nicolai vacans, ad presentac. nobilis domini Johannis de Vsk residentis in castro Hradistz. Executor plebanus in *Vsk.*

**Zizelewess.** Anno quo supra penultima Maij data est crida dom. Martino de Luzecz presbytero Prag. diocesis ad capellaniam in Zizelewess de nouo dotatam et in beneficium erectam, ad presentacionem domine Przibe relicte Gyrziconis militis Hustyerzan patrone. Exec. plebanus in *Chotyeborzicz.*

**Waltheriuilla.** Anno quo supra vltima Maij data est crida cum commissione Nicolao Libenstain clerico Wratislau. diocesis ad ecclesiam paroch. in Waltheriuilla per mortem Nicolai rectoris vacantem, ad presentacionem famosi Guntheri de Rothemberg domini in Freudenberg patroni. Exec. pleb. in *Martiniuilla.*

**Podskal Prag.** Nicolaus Puchnik etc. Ad presentacionem nobilis dom. Adalberti de Stermberg residentis in Stermberg ad ecclesiam paroch. S. Adalberti in Podskalo noue ciuitatis Pragensis per mortem Johannis dicti Prassye vltimi rectoris vacantem, discr. Johannem presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1396 5. Junij.

**Luthomericz.** Nicolaus Puchnik licenciatus in decretis Prag. et Olomuc. ecclesiarum canonicus, Reuerendissimi dom. Wolfframi electi Pragen. Vicarius in Spiritualibus generalis. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod nos in et ad prepposituram ecclesie collegiate S. Stephani in Luthomericz per resignacionem honorab. Francisci de Gewiczka prothonotarij dom. Wenceslai Romanorum et Boemie Regis, procuratoris Venerabilis dom. Henrici de Hackenborn, vltimi ipsius prepositure rectoris, ex causa permutacionis vacantem, de consensu prefati dom. Wenceslai Regis dicte prepositure patroni, Venerab. Wlachniconem de Weytemule olim Pragene, Wratislau. et Luthomericensis ecclesiarum prebendatum canonicum, pro eisdem canonicatibus et prebendis cum prefato dom. Henrico pro prepositura antedicta permutantem, crida seu proclamacione premissa rectorem legitimum instituimus et prepositum, ipsumque de predicta prepositura cum omnibus juribus et pertinencijs suis inuestiuimus et presentibus inuestimus, curam et administracionem spiritualium et temporalium eiusdem prepositure eidem commissimus et committimus per presentes, ipsum ad eandem prepposituram in Dei nomine confirmantes. In quorum omnium testimonium presentes literas fieri et sigilli Vicariatus curie Archiepiscopatus Pragen.,

quo ad presens vtimur, appensione iussimus communiri. 1396 die 7. Junij.

**P. V. — Zaborz.** Nic. Puchnik etc. Ad presentacionem honorab. et religiosorum Mathie prepositi et tocius conuentus monasterij Rudnicensis canonicorum regularium ordinis S. Augustini, in et ad ecclesiam paroch. in Zaborz per mortem dom. Galli vacant., discr. Wenceslaum de Lybyen presb. Prag. diocesis crida etc. 1396 9. Junij.

**Stochow.** Nic. Puchnik etc. Ad ecclesiam in Stochow per resignacionem Wilhelmi ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi Radislai clientis ibidem de Stochow patroni, honorab. Johannem olim canonicum prebendatum ecclesie Boleslauiensis cum dicto Wilhelmo pro ecclesia in Stochow permutantem crida etc. 1396 9. Junij.

**Budczicz.** Anno supra 11. Junij data est crida domino Misliborio olim plebano ecclesie in Lowczicz ad ecclesiam in Budczicz ex causa permutacionis cum Vokone olim plebano ibidem in Budczicz, de consensu venerab. et religiosi Nicolai Abbatis Monasterij in Wylemow ordinis S. Benedicti dicte patroni. Exec. pleb. in *Zewzicz*.

**Lowczicz.** Anno quo supra 11. Junij data est crida Vokoni olim plebano ecclesie in Budczicz ad ecclesiam in *Lowczicz* ex causa permutacionis cum dom. Misliborio, de consensu Katherine relicte quondam Heniconis de Lowczicz, Heniconis filij eiusdem, Sdislai dicti Sestrzienek ibidem de Lowczicz et Wenceslai de Slibowicz clientum dicte patronorum. Executor pleb. in *Beronicz*.

**Horzicz.** Adam de Neczeticz decr. doctor etc. Quod dudum orta lite et materia questionis de et super ecclesia paroch. in Horzicz per mortem dom. Sbinconis vacante, inter discretos dom. plebanum ecclesie in *Lisscowicz* per strenuum militem Marssonem de Ostrow ex vna, et Prziechonem plebanum S. Petri in preurbio ciuitatis Grecensis per famosos Johannem de Radicowicz, Przibiconem dictum Dubek de Trziebowyeticz, ac Johannem ibidem de Ostrow clientum parte ex altera hincinde ad ecclesiam prescriptam presentatos, ex deductis, allegatis et probatis in causa super ecclesia in Horzicz antedicta, ac tenore sentencie diffinitiue tamquam a maiori parte presentatum, prefatum Prziechonem rectorem dicte ecclesie in Horzicz instituimus et plebanum etc. A. D. 1396 die 11. Maij.

**Slana.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem honorb. Johannis Abbatis tociusque conuentus monasterij *In Insula* ordinis S. Benedicti ad ecclesiam paroch. in Slana per mortem dom. Theodrici vltimi ipsius ecclesie rectoris vacantem,



religiosum fratrem Vlricum professum monasterij antedicti crida etc. 1396 20. Junij.

**Cladrub.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem famosorum Johlini judicis, Jacobi Trziep, Wenceslai Viniko, Wenceslai Strasskonis, Jacobi Lup, Mathonis Lissewsky, Simonis Huppa, Martini Massley, Wythe relicte Gilkonis, Sthefani Balistarij, Jacobi Pohledebi et Johannis de Labess in Cladrub opidanorum, ac honorab. Sobyeslai plebani ibidem, ad capellaniani perpetuam in ecclesia S. Jacobi in Cladrub de nouo dotatam et per nos in beneficium erectam, in qua prefati opidani pro media parte et plebanus pro reliqua juspatronatus dinoscuntur obtinere, discretum Martinum ibidem de Cladrub presbyterum crida seu proclamacione premissa rectorem legitimum instituimus et ministrum etc., ita tamen, quod prefati opidani et plebanus ordinem in presentando rectorem ad eandem capellaniam teneant et obseruent iuxta tenorem literarum ereccionis super dicta capellania confectarum. In cuius rei etc. 1396 20. Junij.

**P. VI. — Grec. suburbium.** Anno quo supra 23. Junij data est crida cum commiss. Zacharie altariste altaris SS. Symonis et Jude Apostolorum in ecclesia S. Galli maioris ciuitatis Prag. ad ecclesiam paroch. S. Martini in suburbio Grecensi, ex causa permutacionis cum Wenceslao plebano ecclesie S. Martini, de consensu venerab. magistri Ade de Neczeticz decr. doctoris, Archidiaconi Grecensis dicte ecclesie patroni. Exec. pleb. S. Spiritus in *Grecz*.

**Luna.** Anno quo supra die 23. Junij data est crida Duchconi de Teplicz presbytero Prag. dioc. ad altare Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, sanctorumque Augustini, Ambrosij, Jeronimi et Gregorij doctorum et S. Barbare gloriose Virginis, de nouo dotatum et per nos in beneficium perpetuum ecclesiasticum erectum, ad presentacionem honeste matrone domine Guthe relicte Procopij ciuis Lunensis. Exec. pleb. in *Obora*.

**Tuzim.** Anno quo supra die 23. Junij data est crida cum commiss. confirm. dom. Martino professo monasterij Milocensis ordinis Premonstraten. ad ecclesiam paroch. in Tuzim, per resignacionem Georgij eiusdem monasterij professi, ad presentacionem per honorab. et religiosum dom. Franciscum Abbatem monasterij Milocensis. Pro executore plebanus in *Vtwina*.

**S. Galli Prag.** Nicol. Puchnik etc. Ad altare SS. Symonis et Jude Apost. in ecclesia paroch. S. Galli in Praga per resignacionem Zacharie ex causa permutacionis vacans, de consensu famosi Mathie de Turri residentis in Clumyn

patroni, discr. Wenceslaum olim plebanum ecclesie S. Martini in suburbio ciuitatis Grecen. cum dicto Zacharia permutantem crida etc. 1396 die 25. Junij.

**Wessel.** Nicl. Puchnik etc. Ad presentacionem Nobilis dom. Wilhelmi de Laynstein ad ecclesiam paroch. in Wessel per mortem Heroldi vacantem, discr. Procopium olim plebanum ecclesie in Lipnicz crida etc. 1396 die vltima Juniij.

**Malina.** Nicol. Puchnik etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod cum Venerabilis et religiosus dom. Johannes Abbas monasterij Czedlicensis, ordinis Cisterciensis Prag. diocesis, fratrem Petrum dicti monasterij professum apostolicarum literarum vigore ad ecclesiam paroch. in Malina et ipsius filiales et capellas in Montibus chutnis ex promocione dom. Johannis ad Abbaciam supradictam vacantem, duxerit seruatis seruandis instituendum, nobisque dictum fratrem per suas literas patentes pro cura animarum eidem dicte ecclesie et capellarum prescriptarum committenda presentauit cum peticionibus condignis, nos visis literis apostolicis ac presentacione dom. Abbatis supradicti considerataque ydoneitate, habilitate et circumspeccione dicti fratris Petri et alijs circumstancijs, que in talibus de jure fuerunt considerande, eidem fratri Petro ipsius meritis exigentibus curam animarum et regimen dicte ecclesie in Malina et capellarum eidem anexarum in spiritualibus et temporalibus duximus comittendam et auctoritate ordinaria committimus per presentes. In cuius rei etc. Dat. Prage A. D. 1396 die 1. mensis Julij.

**In Vado Prag.** Nicol. Puchnik licenc. in decr. etc. Ad presentacionem providi Jacubconis dicti Benessow in Brazdym, ad altare beate Marie Virg. in ecclesia paroch. S. Johannis in Vado in Praga per resignacionem Johannis de Vrapicz ultimi et immediati ipsius altaris rectoris factam vacans, discr. Franciscum Cincenburg Cracouien. dioc. crida etc. 1396 die 1. Julij.

**Lipnicz.** Anno quo supra die 6. Julij data est crida cum commiss. confirm. dom. Swatoslao canonico Lipnicensi ad ecclesiam paroch. seu decanatum ibidem in Lipnicz ex eo, quod dom. Peregrinus vltimus eiusdem rector aliud beneficium, videlicet ecclesiam paroch. in Wesseli est assecutus, vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Wilhelmi de Lansteyn residentis in Lipnicz patroni. Deput. est sibi pro executore plebanus in *Minori Rzecziczka*.

**P. VII. — Bedrzichowicz.** Anno quo supra 7. Julij data est crida Matthie olim plebano ecclesie in Postupicz ad ecclesiam paroch. in Bedrzychowicz ex causa permutacionis, de consensu Johannis dicti Podrawecz tutoris orphanorum olim Sdislai clientis ibidem de Bedrzychowicz, videlicet Sdyn-



conis et Dorothee dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Popouicz*.

**Postupicz.** Anno quo supra 7. Julij data est crida Johanni olim plebano in Bedrzychowicz ad ecclesiam paroch. in Postupicz ex causa permutacionis cum dom. Mathie plebano in Postupicz, de consensu Bohunconis de Drahobudicz clientis dicte patroni. Executor plebanus in *Veliss*.

**Jablonecz.** Georgius Bora etc. Tenore presenc. notum fac. vniuersis, quod vacante ecclesia parochiali in Jablonecz per mortem Bohunconis Nobiles domini Jarko de Wartmberg alias de Dyeczin et Johannes ibidem de Wartemberg, nobis ad eandem ecclesiam Wenceslaum Warwort de Libessicz clericum presentauerunt confirmandum, cui confirmacioni in termino cride Mathias dictus Vrsus presbyter papalis uirtute gracie eidem per Bonifacium papam nonum ad collacionem venerabil. ac religiosorum Abbatis et conuentus monasterij in Gredismonachorum ordinis Cistercien. Prag. diocesis in speciali facte se opposuit, et cum ipso Wenceslao clerico seruatis seruandis coram nobis in causa processit, demum nos omnibus et singulis per dictas partes in judicio deductis, probatis et allegatis visis et ipsis mature discussis, prefatum Wenceslaum clericum nostra interlocutoria sentencia mediante prescripte ecclesie in Jablonecz rectorem instituimus et plebanum etc. Prage A. D. 1396 die 7. Julij.

**Radenfurth.** Anno quo supra 14. Julij data est crida Conrado olim plebano ecclesie in Wiltsteyn Ratispon. dioc. ad ecclesiam in Radenfurth ex causa permutacionis cum dom. Johanne vacantem, de consensu honorab. et religiosorum Abbatis et conuentus monasterij in Waltsassen dicte ecclesie patronorum. Executor plebanus in *Czedlicz*.

**Albenicz.** Anno quo supra 17. Julij data est crida Johanni olim plebano ecclesie S. Adalberti in Podskalo Prag. ad ecclesiam in Albenicz ex causa permutacionis cum Bohuncone de consensu famosorum Hubonis de Tomicz, Johannis ibidem, Wenceslai de Albenicz patronorum. Executor plebanus in *Bedrzichowicz*.

**Kunigsberg.** Anno quo supra 20. Julij data est crida Vlrico olim plebano ecclesie in Czedlicz ad ecclesiam paroch. in Kunygsberg, per resignacionem dom. Vlrici ex causa permutacionis vacantem, de consensu honrb. et relig. Zdenconis supremi magistri domus S. Francisci in latere pontis Prag. crucifer. cum stella ordinis S. Augustini patroni.

**Czedlicz.** Anno quo supra 20. Julij data est crida Wenceslao olim plebano ecclesie in Kunisgberg ad ecclesiam paroch. in Czedlicz, per resignacionem dom. Vlrici ex causa

permutacionis vacantem, de consensu honorabl. Zdenconis ut supra.

**P. VIII. Swyetla.** Anno quo supra 20. Julij data est crida Nicolao de Horawicz presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Swyetla per resignacionem Wenceslai vacantem, ad presentacionem venerab. et relig. dom. Marcoldi prioris generalis ordinis S. Johannis Jerosolimitani per Boemiam, Morauiam etc.

**Zynkow.** Anno quo supra die 21. Julij data est crida cum commiss. dom. Vlrico presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Zynkow per mortem dom. Martini vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem religiosi viri Henrici Abbatis monasterij in *Pomuk* ac famosi dom. Bawari clientis de Zinkow, in qua prefati juspatr. dinoscuntur obtinere, crida etc. 1396 die Julij.

**Witthindorff.** Anno quo supra die vltima Julij data est crida cum commiss. dom. Andree de Kothbus ad ecclesiam paroch. in Wytchindorff per resignacionem Henrici vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Wenczkonis de Donyn. Executor plebanus in *Siffridiuilla.*

**Slawonow.** Anno quo supra 1. Augusti data est crida Vito presbytero de — ad eccles. paroch. in Slawonow per mortem dom. Hrzkonis vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Stephani de Opoczna alias de Dobrusska. Executor plebanus in *Hradek.*

**Kralup.** Anno quo supra 2. Augusti data est crida Johanni clerico de Chomutow Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Kralup per mortem Nicolai vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Frideri de Schonburg domini in Hassensteyn. Executor plebanus in *Brunneriuilla.*

**Chwoynecz.** Anno quo supra 7. Augusti data est crida cum commissione dom. Johanni olim plebano ecclesie in Hradiscz ad altare SS. Philippi et Jacobi Apost. in Chwoynecz per resign. Pauli ex causa permutacionis vacans, de consensu discr. dom. Thome plebani ecclesie ibidem in Chwoynecz et Przibe vidue ibidem patronorum. Executor pleb. in *Pyssel.*

**S. Nicolai Prag.** Ogerius rector ecclesie paroch. in Camenicz, corrector cleri diocesis Prag., Commissarius ad infrascripta a Reuerd. dom. Wolfframo S. Prag. ecclesie Archiepiscopo, apostolice sedis legato, datus et specialiter deputatus. Quod nos ad ecclesiam parochialem S. Nicolai in foro pullorum Maioris Ciuitatis Prag., per resignacionem Venerabilis dom. Nicolai Puchnik licenciati in decretis vltimi rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu prefati domini Wolframi Archiepiscopi predicti ac nobilium Pauli et Wenceslai de Squorcz, fratrum supradicti domini Wolfframi pro media parte, nec non prouidorum Procopij, Bohuslai ciuium predicte Ciuitatis Maioris Prag., ac Jodoci de Quietnicz similiter dicti Bohuslai et Johannis de Kleczan pro alia media parte dicte ecclesie patronorum, honorabilem dom. Nicolaum Mislaws olim canonicum prebendatum S. Petri Wissegrad. prope Pragam et S. Georgij in castro Prag. dictos canonicatum et prebendam suos pro dicta ecclesia cum prefato Nicolao Puchnik permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1396 die 3. Augusti.



**Czrnossin.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Czrnossin per resignacionem dom. Petri ex causa permutacionis vacantem, de consensu Nobilis dom. Vlrici de Wolffsteyn dicte patroni, discr. Jacobum olim plebanum in Vgezd cum dicto Petro pro eadem ecclesia in Czrnossin permutantem crida etc. 1396 4. Augusti.

**Vgezd.** Nic. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Vgezd per resignacionem Jacobi vacantem, de consensu nobilis dom. Georgij de Roztok nomine dom. Wenceslai Boemie regis dicte ecclesie in Vgezd patroni, discr. Petrum olim plebanum in Czrnossin cum dicto Jacobo pro eadem ecclesia in Vgezd permutantem crida etc. 1396 die 4. Augusti.

**P. IX. — Gargewicz.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem et peticionem famosi Michaelis residentis in Krupka possesoris bonorum in Turmicz ad ecclesiam parochialem in Gargwicz vacantem ex eo, quod Martinus aliud beneficium est assecutus, honorb. dom. Johannem plebanum ecclesie in Krupka per procuratorem legitimum in persona Henrici presbyteri de Czwikawia Neumburgensis diocesis crida seu proclam. premissa etc. 1396 7. Augusti.

**Duban.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem famosorum Alssonis et Dmytronis clientum de Duban ad ecclesiam parochialem ibidem in Duban, per mortem Hinconis ultimi rectoris vacantem, discr. Sebestianum de Slana presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1396 die 11. Augusti.

**Cathowicz.** Anno quo supra 14. Augusti data est crida cum commiss. Zacharie de Sussyeticz clerico ad ecclesiam paroch. in Cathowicz ex eo, quod dominus Twrdko ipsius rector eadem ecclesia ob non residenciam juris ordine seruato, per nostram sentenciam diffinitiuam priuatus existit vacantem, ad presentacionem nobilis domini Nicolai de Borowicz. Executor plebanus in *Rzepicz.*

**Hlawicz.** Anno quo supra die 14. Augusti data est crida Nicolao olim plebano in Swyetla ad ecclesiam paroch.

in Hlawicz per resignacionem dom. Vlrici vacantem, de consensu venerab. dom. Wenceslai Abbatis Monasterij in *Hradistz.*

**Swyetla.** Anno quo supra 14. Augusti data est crida Vlrico olim plebano ecclesie in Hlawicz ad ecclesiam paroch. in Swyetla per resignacionem dom. Nicolai ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorbl. et religiosorum dom. Mathie commendatoris, Petri prioris tociusque conuentus monasterij in Dub dicte patronorum.

**Boleslauia.** Nicol. Puchnik etc. Quod nos in et ad decanatum in Boleslauia per resignacionem dom. Jaxonis ultimi ipsius decanatus rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorabilium Troiani scolastici tociusque capituli ecclesie Boleslauiensis dicti decanatus patronorum, honrbl. dom. Petrum olim plebanum ecclesie in Benessow et canonicum prebendatum ecclesie S. Georgij in castro Pragensi dictam ecclesiam suam et canonicatum et prebendam cum dicto dom. Jaxone pro decanatu prescripto permutantem crida etc. 1396 12. Augusti.

**Benessow.** Nicolaus Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Benessow per resignacionem dom. Petri ex causa permutacionis vacantem, de consensu nobilis dom. Alberti de Sternberg residentis in Conopistz dicte ecclesie patroni, discr. dom. Jaxonem olim decanum ecclesie Boleslauiensis dictum decanatum cum prefato dom. Petro pro eadem ecclesia permutantem crida etc. 1396 12. Augusti.

**S. Georgij Prag.** Nic. Puchnik etc. Ad canonicatum et prebendam in ecclesia S. Georgij in castro Pragensi per resignacionem dom. Petri ultimi ipsorum canonicatus et prebende rectoris ex causa permutacionis vacantes, de consensu venerb. et religiose domicelle Kunegundis Abbatisse monasterij S. Georgij in castro Prag. predicto dictorum canonicatus et prebende patrone, honorb. dom. Jaxonem olim decanum ecclesie Boleslauiensis cum dicto Petro permutantem crida etc. 1396 12. Augusti.

**S. Georgij Prag.** Ogerius rector ecclesie parochialis in Camenicz, corrector cleri dioc. Prag., commissarius ad infrascripta a dom. Johanne Archiepiscopo Prag. apostolice sedis legato, datus specialiter et deputatus etc. Ad canonicatum et prebendam in ecclesia monasterij S. Georgij in castro Prag., per resignacionem honorb. dom. Nicolai Mysslaws vltimi eorumdem rectoris ex causa permutacionis vacantes, de consensu Venerab. et relig. domicellarum Cunegundis Abbatisse tociusque conuentus monasterij sanctimonialium S. Georgij predicti canonicatus et prebende predictorum patronarum, venerab. dom. Nicolaum Puchnik licenciatum in decretis, Pragensis, Vissegradensis et Olomucen. ecclesiarum canonicum, olim rectorem ecclesie parochialis S. Nicolai in foro pullorum maioris ciuitatis Prag., prefati dom. Archiepiscopi Prag. Vicarium in spiritualibus generalem, dictam ecclesiam suam pro eisdem canonicatu et prebenda cum prefato dom. Nicolao Mislaws permutantem, crida seu proclamacione premissa, canonicum verum et legitimum instituimus, ipsumque de eisdem canonicatu et prebenda cum omnibus juribus et pertinencijs etc. Datum Prage A. D. 1396 3. Augusti.



**P. X. — Vsk super Luznicz.** Anno quo supra 14. Augusti data est crida dom. Nicolao presbytero capellano de Hradistz ad hospitale in Vsk super Luznicz, per mortem Petri ultimi ipsius hospitalis rectoris vacans, ad presentacionem nobilium dom. Sazeme et Johannis senioris fratrum germanorum pro media parte, et Johannis ibidem de Vsk pro alia media parte dicti hospitalis patronorum. Executor plebanus in *Klokoth.*

**Pont.** suburb. Anno quo supra 16. Augusti data est crida religioso fratri Johanni de Miza professo domus S. Francisci in latere pontis Prag. ad ecclesiam S. Johannis in suburbio Ciuitatis per resignacionem fratris Alberti.

**Kunygswalde.** Anno quo supra 17. Augusti data est crida Jessiconi olim corali ecclesie Lippensis ad ecclesiam in Kunygswalde ex causa permutacionis cum dom. Nicolao, de consensu nobilis dom. Johannis de Wartmberg, domini in Dyeczin dicte patroni. Executor plebanus in *Kayn.*

**Ad coraliatus officium.** Anno quo supra 17. Augusti data est crida Nicolao plebano in Kunygswalde ad coraliatus officium in ecclesia Lipensi ex causa permutacionis, de consensu nobilis dom. Hinkonis dicti Berka, domini in Hohenstain dicti coraliatus patroni. Executor plebanus in *Lipa.*

**Czaslauia.** Ad presentacionem prouidorum Symonis Pule de Malessicz et Andree judicis de Czaslauia per mortem dom. Hartungi vlt. rectoris ipsius vacans, in quo prefati Symon Pule et Andreas judex juspatr. dinosc. obt., discr. Lucam clericum de Malessicz crida etc. 1396 17. Augusti.

**Ktyss.** Anno supra 25. Augusti data est crida Jacobo olim plebano in Swoyssicz ad ecclesiam in Ktyss ex causa permutacionis cum Johanne, de consensu honorb. et relig. Abbatis et conuentus monasterij S. Corone dicte ecclesie patronorum. Executor plebanus in *Chwalssin.*

**Swoyssicz.** Anno quo supra 25. Augusti data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Ktyss ad eccl. in Swoyssicz ex causa permutacionis cum Jacobo, de consensu honeste matrone Margarethe relicte Andree dicti Wyerudl de Swoyssicz

et Petri dicti Sprawedlywy clientum ibidem de Swoyssicz dicte patronorum. Executor plebanus ecclesie in *Sicca*.

**Wyeczemilicz.** Anno quo supra 26. Augusti data est crida dom. Laurencio plebano in Makow ad ecclesiam in Wyeczemilicz ex causa permutacionis cum dom. Gallo, de consensu famosi Laurencij clientis de Wyeczemilicz et Kenissie vidue ibidem patronorum. Exec. pleb. in *Protywan* alias in *Ronow*.

**Selakowicz.** Nicol. Puchnik etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Selakowicz per resignacionem Hinconis vacantem, de consensu famosi Johannis de Okorz residentis in Selakowicz patroni, discr. Wenceslaum olim plebanum ecclesie in Hlupyetyn ac rectorem altaris S. Crucis in ecclesia S. Nicolai in foro pullorum Maioris Ciuitatis Prag. dicta beneficia sua cum dicto Hincone permutantem crida etc. 1396 6. Septembris.

**Q. I. — S. Nicolai Prage.** Nicol. Puchnik etc. Ad altare S. Crucis in ecclesia S. Nicolai Maioris Ciuit. Prag. in foro pullorum per resignacionem Wenceslai ex causa permutacionis vacans, de consensu honesti Bartholomei dicti Stuk et Johannis filij sui senioris et aliorum liberorum dicti altaris patronorum, discr. Hinconem olim plebanum ecclesie in Selakowicz cum dicto Wenceslao permutantem crida etc. 1396 6. Septembris.

**Hlupyetyn.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam in Hlupyetyn per resignacionem Wenceslai vacantem, de consensu religiosorum Sdenconis supremi magistri hospitalis S. Francisci ordinis cruciferorum cum stella ac conventus tocius dicte ecclesie patronorum. 1396 6. Septembris.

**Tachow.** Anno quo supra 12. Septembris data est crida honorab. Johanni magistro in artibus ad ecclesiam paroch. in Thachow per mortem dom. Nicolai, ad presentacionem Wenceslai Roman. et Boemie regis semper Augusti. Exec. pleb. in *Bor* alias in *Merica*.

**Czeczelicz.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentac. discretorum virorum Johannis dyaconi de Czeczelicz, Janonis de Low, Ramssonis de Czeczelicz, Hanussij de Low, Ramssonis de Czeczelicz, Johannis de Blikan, Rzymkonis de Czeczelicz, Jarossonis et Wesselonis similiter de Czeczelicz clientum, ad ecclesiam paroch. in Czeczelicz per mortem crucigeri Hartungi vacantem, discr. Nicolaum natum Hinconis de Czeczelicz clerici Prag. dioc. crida etc. 1396 15. Septembris.

**S. Kyliani.** Anno quo supra 17. Septembris data est crida religioso fratri Johanni professo monasterij in Insula Prag. dioc. ordinis S. Benedicti, ad ecclesiam S. Kyliani in Insula ibidem per resignacionem fratris Bohuslai vacantem, ad presentacionem dom. Johannis Abbatis tociusque conuentus monasterij predicti. Exec. pleb. in *Slaps*.



**Dobrziczan.** Nicol. Puchnik, licenciatus in decretis etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod orta dudum lite et materia questionis de et super ecclesia paroch. in Dobrziczan per mortem dom. Blazkonis vacante, inter discretos Johannem de Luna per famosum Jaroslaum de Opoczna residentem ibidem in Dobrziczan ex vna, et Johannem de Zacz per Wenceslaum de Dobrziczan morantem in Praga et Elizabeth sororem ipsius germanam parte ex altera, presbyteros Prag. dioc. hincinde ad ecclesiam prescriptam presentatos, ex deductis, probatis et allegatis in causa super ecclesia in Dobrziczan antedicta ac tenore sentencie diffinitiue per nos in scriptis late et promulgate, prefatum Johannem de Luna rectorem legitimum instituimus et plebanum, ipsumque de predicta ecclesia etc. 1396 10. Augusti.

**Luticz.** Anno quo supra die 19. Septembris data est crida dom. Johanni olim plebano ecclesie in Skrzywan ex causa permutacionis cum Georgio altarista altaris Omnium Sanctorum in ecclesia paroch. in Luticz, de consensu nobilis dom. Borssonis senioris de Rzimburg residentis in Beczow dicti altaris patroni, et fuit sibi deputatus plebanus ibidem in *Luticz* pro executore.

**Skrziwan.** Anno quo supra 19. Septb. data est crida dom. Georgio olim altariste altaris omnium Sanctorum in ecclesia paroch. in Luticz ex causa permutacionis cum domino Johanne plebano olim ibidem in Skrziwan, de consensu Henrici de Skrzywan tutoris orphanorum Petri et Alberti relictorum Bedrici clientis ibidem de Skrziwan dicte eccl. patroni. Exec. pleb. in *Hwozd*.

**Lipa.** Anno quo supra 5. Octobris data est crida dom. Jessconi de — presbytero Prag. diocesis ad altare SS. patronorum videlicet Viti, Wenceslai, Georgij, Adalberti, Procopij, Ludmille in ecclesia paroch. in Lipa, per mortem dom. Wenceslai vacans, ad presentacionem nobilis dom. Hynconis dicti Berka domini in Honstein et in *Lipa*. Exec. pleb. ibidem.

**Q. II. — Klobuk.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem Johannis et Nicolai dictorum Prha clientum de Klobuk ad ecclesiam ibidem in Klobuk per resignacionem Viti vacantem, discr. dom. Leonem presbyterum de Slana crida seu proclamacione premissa rectorem legitimum instituimus et plebanum ipsumque etc., ita tamen, quod dicto rectore cedente uel decedente, predicti patroni per se, heredes et successores suos ordinem vicissitudinis obseruent, prout in literis desuper

confectis in actis nostris judiciarijs plenius est descriptum. In cuius rei etc. Dat. Prage A. D. 1396 19. Septembris.

**S. Marie Prag.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem honesti Henslini Weisswasser ciuis maioris Ciuitatis Pragensis, ad altare Corporis Christi in ecclesia paroch. S. Marie ante letam Curiam prescripte maioris Ciuitatis Prag. de nouo dotatum per Henslinum prescriptum, et per nos in perpetuum beneficium ecclesiasticum erectum, discr. dominum Andream de Vsk super Albea presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1396 19. Septembris.

**Vlrichsdorff.** Anno quo supra 21. Septb. data est crida Jacobo quondam altariste altaris S. Anne in ecclesia paroch. in Swidnicz ad ecclesiam paroch. in Vlrichsdorff ex causa permutacionis cum Nicolao, de consensu honorab. fratris Mathie Lemberg ordinis S. Johannis hospitalis Jerosolimitani, Nicolai Lemberg, Lewtlini Lemberg, Elizabeth et Nicolai Weyss patronorum. Executor decanus Glacensis plebanus in *Hawelswerd.*

**Czestyncostel.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem et peticionem honorab. dom. Sbinconis et heredum de Czestyncostel, ad altare S. Marie Magdalene ibidem in Czestyncostel per mortem Joh. rectoris vacans, discr. Martinum in persona dom. Petri plebani eccl. S. Michaelis in Opathowicz noue ciuitatis Prag. procuratoris ipsius legitimi pro eo crida etc. 1396 21. Septembris.

**S. Leonardi in Praga.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. S. Leonardi Maioris Ciuitatis Pragen. per resignacionem Georgij ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. et religiosarum domicellarum Agnetis priorisse tociusque conuentus monasterij S. Anne alias S. Laurencij Maioris Ciuitatis Prag. dicte ecclesie patronarum, honorab. dom. Johannem dictum Beranek olim plebanum eccl. in Chinow et altaristam altaris S. Wenceslai in ecclesia S. Marie ante letam Curiam eiusdem Maioris Ciuit. Prag. crida etc. 1396 2. Octobris.

**S. Marie Prage.** Ad altare S. Wenceslai in ecclesia paroch. S. Marie ante letam curiam maioris Ciuit. Pragen. per resignacionem Johannis dicti Beranek ipsius altaris rectoris ex causa permutacionis, de consensu prouidorum Henslini Leonis de Duba, Henslini Waysswasser ciuium et Johannis prothonotarij pretorij Maioris Ciuit. Prag. dicti altaris vnacum predicto Johanne patronorum, honorab. Georgium olim plebanum ecclesie S. Leonardi Maioris Ciuit. Prag. cum dicto Johanne permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1396 2. Octobris.



**Chinow.** Ad ecclesiam paroch. in Chinow per resignac. Johannis dicti Beranek ex causa permutacionis vacantem, de consensu Venerab. magistri Petri Wsserub dom. pape secretarij et ipsius literarum correctoris, Archidiaconi Horssouiensis patroni, honorab. Georgium olim plebanum ecclesie S. Leonardi Maior. Ciuit. Prag. cum dicto Johanne pro ecclesia in Chinow et altari S. Wenceslai in ecclesia S. Marie ante letam curiam Maior. Ciuit. Prag. permutantem crida etc. 1396 2. Octobris.

**Budymericz.** Anno quo supra 7. Octb. data est crida Johanni olim plebano ecclesie in San ad ecclesiam paroch. in Budymericz per resignac. dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu Regis Boemie patroni.

**San.** Anno quo supra 7. Octob. data est crida domino Johanni olim plebano in Budymericz ad ecclesiam paroch. in San per resignacionem Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu nobilis domini Benessij de Chusnik patroni. Exec. pleb. ecclesie in *Patek.*

**Q. III. — Bohussin.** Anno quo supra die 7. Octobris data est crida Budywoyczio ad eccles. in Bohussin per mortem Martini vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Hynaczkonis de Wynselburg alias de Duba. Executor plebanus in *Dubonyn.*

**Seslicz.** Nic. Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem famosi viri Mixiconis alias Nicolai clientis de Sesslicz ad ecclesiam paroch. ibidem in Sesslicz, per mortem dom. Martini vlt. et immed. ipsius eccl. rectoris vacantem, in qua prefatus cliens juspatronatus dinoscitur obtinere, discr. virum dom. Chwalonem de Smylkow Prag. dioc. crida etc. 1396 7. Octobris.

**Paczow.** Anno quo supra die 7. Octobris data est crida Bartholomeo olim chori beate Marie Virg. in ecclesia Prag. Maiori Mansionario ad ecclesiam paroch. in Paczow, per resignacionem dom. Mathie vlt. et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, de consensu Hinconis dicti Tluxa dicte ecclesie patroni, deputatusque est sibi pro executore plebanus in *Czetorass.*

**Trziebothowicz.** Anno quo supra die 10. Octob. data est crida Hinconi clerico de Wyssemburg ad altare omnium Sanctorum in ecclesia paroch. in Trziebochowicz per resignacionem dom. Wenceslai vacans, ad presentacionem nobilis dom. Hinconis dicti Hlawacz ibidem de Trziebothowicz dicti altaris patroni. Pro executore deput. plebanus in *Vgezd.*

**S. Leonardi Prag.** Ad altare SS. Erasmi et Blasij in ecclesia paroch. S. Leonardi Maioris Ciuit. Prag. per resign.

Wenceslai ex causa permutacionis vacans, de consensu prouidorum Cunczmanni ciuis Maioris Ciuit. Prag., et Jacobi judicis de Slana dicti altaris patronorum, honorab. dom. Benessium olim canonicum ecclesie Melnicensis cum dom. Wenceslao predicto pro altari permutantem crida etc. 1396 die 11. Octobris.

**Magna Villa.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam in Magnavilla per resignacionem dom. Wenceslai ex causa permutacionis vacantem, de consensu discretorum Wenceslai subsacriste, Laurencij, Henlini de Praga, cappellariorum ceterorumque bonifantorum ecclesie Prag., honor. dom. Benessium olim canonicum ecclesie Melnicensis cum dicto Wenceslao pro ecclesia predicta permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1396 11. Octobris.

**Dobromyerzicz.** Data est crida cum commiss. domino Gallo olim plebano in Hradecz ad ecclesiam paroch. in Dobromericz, ex causa permutacionis cum dom. Liderio, de consensu discretorum Henrici ciuis et Hane judicis ciuitatis Lunensis patronorum. Pro executore pleb. in *Luna.* Anno etc. 96 11. Octobris.

**Q. IV. — Sobyessin.** Anno quo supra 13. Octob. data est crida Wenceslao dicto Hromada ad ecclesiam paroch. in Sobyessin per resignacionem Wenceslai vacantem, ad presentacionem famosorum Johannis, Machconis, Sdenconis et Marquardi fratrum ibidem de Sobiessin dicte ecclesie patronorum. Exec. pleb. in *Otrib.*

**Reychenstein.** Data est crida cum commissione dom. Nicolao presbytero de Reychenstein ad altare omnipotentis Dei eiusque Genitricis Virginis Marie gloriose et signanter S. Johannis Baptiste in ecclesia paroch. S. Leonardi in Reychenstain de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, ad presentacionem Martini judicis dicti Perkman, Ottolini magistri ciuium, Nicolai dicti Rauffer, Sendlini, Templini Johel Hamermeister opidanorum ceterorumque opidanorum juratorum scabinorum opidi Reychenstain dicti altaris patronorum etc. 1396 13. Octobris.

**Prussina.** Anno quo supra 15. Octobris data est crida dom. Swatomiro presbytero de Zerowicz ad ecclesiam in Prussina per mortem Miranconis vltimi rectoris, ad presentacionem Vlrici dicti Holows residentis in Suhdol patroni. Exec. pleb. in *Lukawicz.*

**Peczka.** Anno quo supra 22. Octobris data est crida dom. Johanni plebano ecclesie in Vidonicz ad ecclesiam in Peczka per mortem Johannis vltimi rectoris ipsius, ad presentacionem nobilis dom. Johannis Peczka patroni. Exec. plebanus in *Czista.*



**Trzebochowicz.** Anno quo supra et die data est crida dom. Hynaczkoni olim canonico prebendato ecclesie Pragene, ad altare omnium Sanctorum in ecclesia parochiali in Trzebochowicz, per resignacionem Hynconis clerici rectoris ex causa permutacionis vacans, de consensu nobilis dom. Hynconis dicti Hlawacz ibidem de Trzebochowicz patroni. Executor plebanus in *Vgezd.*

**Nehwyzd.** Nicl. Puchnik etc. Ad ecclesiam parochialem in Nehwyzd per resignacionem dom. Litoldi vacantem, de consensu dom. Wolfframi Archiepiscopi Prag., Johannis de Kluczow et Johannis Bescowecz tutorum orphanorum bone memorie Zdenconis Bescowecz patronorum, discr. Adam olim rectorem altaris SS. patronorum in ecclesia paroch. in foro pullorum Maioris Ciuitatis Prag. pro ecclesia predicta permutantem crida etc. 1396 26. Octobris.

**S. Nicolai Prag.** Ad altare SS. patronorum in ecclesia paroch. S. Nicolai Maioris Ciuitatis Prag. per resignacionem Ade rectoris ex causa permutacionis vacans, de consensu dom. Wolfframi Prag. Archiepiscopi et honorb. dom. Nicolai Myslaws plebani ecclesie S. Nicolai predicte, nec non Procopij Bohuslai ciuis predicte Maioris Ciuitatis Prag. dicti altaris patronorum, discr. dom. Petrum olim plebanum ecclesie in Radotyn pro altari SS. patronorum predicto permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1396 26. Octobris.

**Radotyn.** Quod nos in et ad ecclesiam parochialem in Radotyn per resignacionem dom. Petri ex causa permutacionis in manibus nostris factam vacantem, de consensu honorab. et religiosi domini Fridrici Abbatis monasterij in Aularegia patroni, discr. dom. Litoldum olim plebanum ecclesie in Nehwizd pro ecclesia predicta permutantem crida etc. 1396 26. Octobris.

**Preczicz.** Anno quo supra data est crida Johanni olim plebano ecclesie S. Marie in lacu Maioris Ciuit. Prag. ad ecclesiam paroch. in Preczicz ex causa permutacionis cum dom. Stiborio, de consensu nobilis dom. Sdislai patroni. Executor plebanus in *Sedlecz.*

**Trzebochowicz.** Anno quo supra penultima Octobris data est crida dom. Wenceslao presbytero ad altare omnium Sanctorum in ecclesia paroch. in Trzebochowicz, per resignacionem dom. Hynaczkonis vacans, ad presentacionem nobilis dom. Hynconis dicti Hlawacz ibidem de Trzebochowicz patroni. Pro executore plebanus in *Vgezd.*

Q. V. — **Rynhardi Villa.** Anno quo supra 29. Octobris data est crida dom. Johanni presbytero de Pyerna Misnen. dioc. ad ecclesiam parochl. in Reynhardi Villa per resignacionem N. vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem venerb. et religiosi Alberti prouincialis per Boemiam et Morauiam ordinis S. Marie de domo theutonica patroni. Executor plebanus in *Regensdorff.*

**S. Marie in lacu.** Ad ecclesiam paroch. S. Marie in lacu Maioris Ciuitatis Pragen. per resign. dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorb. Wenceslai plebani eccl. in Nemeyczewess et famosorum virorum Zawyssij de Hudlicz et Busconis de Sluh clientum, dicte ecclesie S. Marie patronorum, honrb. magistrum Stiborium olim plebanum ecclesie in Prczicz cum dicto Johanne permutantem crida etc. 1396 die vltima Octobris.

**Bukowecz.** Anno quo supra die 2. Nouembris data est crida dom. Prkossio plebano olim in Pistin ad ecclesiam in Bukowecz ex causa permutacionis cum Zacharia, de consensu nobilis dom. Henrici de Rozemberg patroni.

**Pistin.** Anno quo supra die 2. Nouembris data est crida Zacharie olim plebano ecclesie in Bukowecz ad ecclesiam in Pistin ex causa permutacionis cum dom. Prkossio, de consensu Wenceslai Roman. et Boemie regis patroni.

**Michalowicz.** Ad presentacionem et petic. famosi Pesconis de Zhorz, Jodoci, Michaelis et Wenceslai filiorum dicti Pesconis, ad ecclesiam paroch. in Michalowicz per resignacionem Petri vacantem, discr. Petrum de Mnychowicz presbyterum Prag. dioc. crida seu proclam. premissa etc. 1396 2. Nouembris.

**Wydonicz.** Anno Domini 1396 4. Nouembris data est crida Martino presbytero de Rozdialowicz ad ecclesiam in Wydonicz vacantem ex eo, quod Cubico vltimus rector eiusdem aliud beneficium est assecutus, ad presentacionem Mrzakonis de Miletynek, Marssonis de Wyssehnyowicz, Martini de Bohatin et Nicolai de Petrowiczek. Executor plebanus in *Trzemessna.*

**Mochow.** Ad ecclesiam parochl. in Mochow per resignacionem dom. Wlastiborij ex causa permutacionis vacantem, de consensu honesti Herduigi Falcznar ciuis maioris Ciuitatis Prag. patroni, honorab. magistrum Martinum olim perpetuum Vicarium preposíture ecclesie Wissegrad. prope Pragam, dictam vicariam cum dicto Wlastiborio pro predicta ecclesia in Mochow permutantem crida etc. 1396 8. Nouembris.

**Zamberg.** Anno quo supra die 12. Nouemb. data est crida dom. Alssoni de Kameniczka presbytero Luthomislen. diocesis ad ecclesiam parochl. in Zamberg per mortem dom. Procopij, ad presentacionem nobilis dom. Boczkonis de Cunstat alias de Podiebrad. Executor plebanus in *Lucauicz.*



**Bracczicz.** Anno quo supra die 12. Nouembris data est crida Martino de Strak clerico Prag. diocesis ad ecclesiam paroch. in Bracczicz per mortem Petri vacantem, ad peticionem Venerabilis dom. Alberti de Duba prouincialis per Boemiam et Morauiam ordinis S. Marie de domo theutonica dicte ecclesie patroni. Pro executore plebanus in *Kotle.*

**Masczow.** Anno quo supra 14. Nouembris data est crida dom. Johanni plebano ecclesie in Lewin ad ecclesiam in Masczow per mortem Johannis, ad presentacionem nobilis dom. Alssonis de Duba patroni. Pro executore deput. plebanus in *Magna Villa.*

**Lewin.** Anno quo supra 14. Nouembr. data est crida Mathie presbytero de Werona ad ecclesiam in Lewin per resignacionem Johannis vacantem, ad presentacionem venerab. Alssonis de Duba. Pro executore plebanus in *Straziste.*

Q. VI. — **S. Marie Prage.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem honeste matrone Agnetis relicte quondam Hane Benessawer ciuis Prag. et Procopij, Wenceslai de Praga presbyteri, ad altare SS. Apostolorum in eccl. S. Marie ante letam Curiam Maior. Ciuit. Prag. de nouo dotatum et per nos in beneficium erectum, honorab. Procopium de Trzebowel canonicum ecclesie S. Egidij in Praga crida etc. 1396 18. Nouembris.

**Swietla.** Anno quo supra 15. Nouemb. data est crida cum commiss. confirm. Martino de Zamoscz diacono Prag. dioc. ad ecclesiam parochl. in Swietla, per resignac. dom. Vlrici vacantem, ad presentacionem venerab. dom. Marcoldi de Vrutecz prioris generalis ordinis S. Johannis Jerosolimitani. Executor plebanus in *Dub.*

**Rokytnicz.** Anno quo supra 20. Nouemb. data est crida cum commiss. fratri Twrgio fratrum de penitencia beatorum martirum professo, ad ecclesiam paroch. in Rokytnicz per mortem Alssonis vacantem, ad presentacionem Theodrici de *Richnow.*

**Lusczenicz.** Anno quo supra 23. Nouembris data est crida Nicolao olim decano capelle in Karlstein ad ecclesiam in Lusczenicz per resignac. dom. Henrici ipsius ecclesie rectoris vacantem, de consensu nobilis dom. Vilhelmi de Zwerzeticz. Executor plebanus in *Rayssicz.*

**Krcz.** Anno quo supra 26. Nouemb. data est crida Welislao de Protywin presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Krcz per mortem Johannis vacantem, ad presentacionem

Wenceslai Roman. et Boemie Regis patroni. Executor plebanus in *Misenecz.*

**Pontense suburbium.** Anno quo supra 29. Nouembris data est crida cum commiss. fratri Nicolao de Miza professo domus S. Francisci in latere pontis Pragen. cum stella ordinis S. Augustini per resignacionem fratris Johannis ipsius ecclesie vacantem, ad presentacionem honorb. dom. Zdenconis supremi magistri hospitalis dicte ecclesie patroni. Pro executore deputatus plebanus in *Ponte.*

**Karlstein.** Quod nos in et ad decanatum Regalis capelle in Karlstein per resignacionem domini Nicolai vltimi ipsius decanatus rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu dom. Wenceslai Romanor. et Boemie Regis dicti decanatus patroni, honorabilem dom. Henricum olim plebanum ecclesie in Lustienicz cum dicto Nicolao pro decanatu permutantem crida etc.

**Lhota.** Anno quo supra 4. Decembris data est crida dom. Wenceslao presbytero de Cluniaczow ad ecclesiam in Lhota per mortem dom. Procopij, ad presentacionem Nobilis dom. Boczkonis de Cunstat alias de Podyebrad in Lhota patroni. Executor plebanus in *Podyebrad.*

**Olessnicz prope Lewin.** Anno quo supra 4. Decemb. data est crida cum commissione dom. Martino olim plebano ecclesie in Olessnicz prope Hostina ad ecclesiam in Olessnicz prope Lewin ex causa permutacionis cum dom. Johanne, de consensu Nobilis dom. Henzlini domini in Hostina de Turkow dicte ecclesie patroni.

**Olessnicz prope Hostina.** Anno quo supra 4. Decemb. data est crida Johanni olim plebano in Olessnicz prope Lewin ad ecclesiam in Olessnicz prope Hostina ex causa permutacionis cum dom. Martino, de consensu nobilis dom. Johannis de Kolmberg alias de Wartmberg et famosi Sdenconis de Lewin dicti de Hustyerzan patronorum.

**Syloa.** Anno quo supra die 14. Decembris data est crida dom. Johanni olim plebano ecclesie in Syenozatim ad ecclesiam paroch. in Syloa ex causa permutacionis cum dom. Zauissio, de consensu honorabilis dom. Henrici Abbatis Monasterij ibidem in Syloa dicte ecclesie patroni. Deputatus est sibi plebanus in *Rzeczicz.*

**Q. VII. — Syenozatim.** Anno quo supra 14. Decembris data est crida Zauissio olim plebano ecclesie in Syloa ad ecclesiam paroch. in Syenozatim ex causa permutacionis cum dom. Johanne plebano, de consensu honorb. dom. Henrici Abbatis Monasterij in Syloa patroni. Executor plebanus in *Onssow.*



**Swin.** Anno quo supra die 16. Decemb. data est commissio ad dominum decanum in Krumpnow, quod vocato domino Johanne olim altarista S. Johannis in Swin ab eodem recipiat resignacionem, et eadem recepta de dom. Stephano capellano nobilis viri de Rozmberg et per eumdem presentato ad dictum altare faciat cridam in ecclesia in Swin, et eundem Stephanum, si nullus apparuerit contradictor, ad dictum altare confirmet et committat sibi administracionem spiritualium et temporalium etc.

**Rychnow.** Anno quo supra die 16. Decembris data est crida Johanni olim capellano in Swin ad ecclesiam parochialem in Rychnow per mortem ipsius ecclesie rectoris, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Rozemberg patroni. Pro executore plebanus in *Dworzistz.*

**Strczicz.** Anno quo supra die 19. Decembris data est crida dom. Jacobo olim plebano ecclesie in Waczow ad ecclesiam paroch. in Strczycz ex causa permutacionis, de consensu Abbatis Monasterij Altouadensis ordinis Cisterciensis dicte ecclesie patroni.

**Waczow.** Anno quo supra 19. Decembris data est crida cum commissione confirmacionis dom. Martino olim plebano ecclesie in Strczicz ad ecclesiam parochialem in Waczow, ex causa permutacionis cum dom. Jacobo plebano ecclesie in Strczicz permutante, de consensu famosorum Johannis et Andree de Mireticz, Waczowerij et Otticonis de Cwalissowicz, Benessij Vlrici de Radkowicz, Boztiechonis de Ozlys, Znathe de Monte dicte ecclesie patronorum.

**Semilkowicz.** Nicol. Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem honorab. dom. Alberti Abbatis Monasterij S. Ambrosij in Praga ad ecclesiam paroch. in Semilkowicz per mortem dom. Johannis vltimi ipsius ecclesie rectoris vacantem, religiosum fratrem Sebestianum professum eiusdem monasterij crida etc. 1396 20. Decembris.

**Chwoynecz.** Anno quo supra die 23. Decembris data est crida cum commissione confirmac. Johanni olim plebano ecclesie in Chotowicz ad altare SS. Apostolorum in Chwoynecz de consensu Thome plebani de Chwoynecz et domine Przibe ibidem de Chwoynecz dicti altaris patronorum.

**Chotowicz.** Anno quo supra die 23. mensis Decembris data est crida dom. Johanni olim altariste altaris SS. Apostolorum in Chwoynecz ad ecclesiam in Chotowicz ex causa permutacionis cum dom. Johanne, de consensu Strenui militis Nicolai de Colna et Wolfardi clientis ibidem dicte ecclesie patronorum, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Koczleriuilla.*

## Libri V. Annus 1397.

**Medwyedicz.** Anno Domini 1397 die 4. Januarij data est crida cum commissione confirmacionis dom. Epifanio olim plebano ecclesie in Styeth ad ecclesiam in Medwyedicz ex causa permutacionis cum domino Barthossio, de consensu famosorum virorum Johannis et Buskonicz clientum de Medwyedicz et Bohuslai de Wchinicz, dicte ecclesie patronorum, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Lipa.*

**Styeth.** Anno quo supra die 4. Januarij data est crida cum commissione confirmacionis dom. Barthosio plebano olim in Medwyedicz ad ecclesiam in Styeth ex causa permutacionis cum dom. Epifanio, de consensu domini Wenceslai Regis Boemie dicte ecclesie patroni. Executor deputatus plebanus in *Hostzka.*

**Q. VIII. — Zakawia.** A. D. 1397 8. Januarij data est crida cum commiss. confirm. dom. Symoni de Skoczecz presbytero Pragensis diocesis ad ecclesiam parochialem in Zakawia per mortem domini Hanconis, ad presentacionem famosi Alssonis de Pokonicz purgrauij castri in Wilstein dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Nezwiestice.*

**Rychnow.** Anno quo supra 10. Januarij data est crida dom. Johanni de Vsstz ad ecclesiam parochialem in Rychnow per assecucionem alterius beneficij dom. Nicolai videlicet ecclesie parochialis in *Lewin,* ad presentacionem famosi Johannis de Tychlowicz dicte patroni. Executor plebanus in *Mukarzow.*

**Smrczna.** Anno quo supra 19. Januarij data est crida dom. Stephano professo monasterij Syloensis ordinis Premonstraten. ad ecclesiam paroch. in Smrczna per mortem dom. Jacobi, ad presentacionem dom. Henrici Abbatis eiusdem monasterij. Executor plebanus in *Wiskydna.*

**Tyn super Multauia.** Nicolaus Puchnik licenciatus in decretis etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod nos in et ad canonicatum et prebendam in ecclesia S. Christofori in Tyn, per resignacionem honorabilis Martini clerici de Praga ex causa permutacionis cum discreto viro Benessio similiter de Praga, rectore capelle S. Petri in Wisegrad



facte, de consensu dom. Wolframi Archiepiscopi Prag. etc. dictorum canonicatus et prebende patroni, prefatum Benessium clericum crida seu proclamacione premissa rectorem seu canonicum instituimus dictorum canonicatus et prebende et ministrum, ipsumque de dictis canonicatu et prebenda inuestiuimus et presentibus inuestimus etc. Datum Prage A. D. 1397 8. Nouembris.

**Mlada.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem et peticionem honorab. dom. Przibiconis plebani ecclesie in Lissa, in et ad ecclesiam in Mlada per resignacionem dom. Andree vltimi rectoris factam, discretum Wenceslaum de Antiqualipa baccalaureum in artibus crida etc. A. D. 1396 1. Decembris.

**Litoznicz.** Ad presentacionem honesti Stephani Luthomericer de Litoznicz ciuis Prag., ad ecclesiam paroch. ibidem in Litoznicz, per mortem dom. Wenceslai vacantem, honorab. dom. Wenceslaum de *Budweis* presbyterum Prag. dioc. rectorem legitimum instituimus et plebanum crida seu proclamacione premissa etc. 1397 17. Januarij.

**S. Gastuli in Praga.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam S. Gastuli in Praga per resignacionem dom. Vlrici ultimi rectoris, ex causa permutacionis factam, vacantem, de consensu dom. Wenceslai Romanorum et Boemie Regis dicte ecclesie S. Gastuli patroni, discr. dom. Ahinconem olim plebanum in Scrampnik cum dicto dom. Vlrico pro ecclesia eadem permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1397 18. Januarij.

**Scrampnik.** Ad ecclesiam parochialem in Scrampnik per resignacionem dom. Ahinconis ipsius ecclesie rectoris, de consensu honorab. dom. Petri Abbatis monasterij S. Procopij ordinis S. Benedicti Prag. diocesis dicte ecclesie patroni, discr. dom. Vlricum olim plebanum S. Gastuli cum dicto dom. Ahinkone pro ecclesia S. Gastuli permutantem crida etc. 1397 18. Januarij.

**S. Georgij prope Gurim.** Ad capellam S. Georgij prope Gurim per resignacionem Johannis clerici ipsius capelle rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. dom. Dyiuiessij Abbatis monasterij *Brewnouiensis* prope Pragam dicte capelle patroni, honorbl. dom. Johannem presbyterum de Duba Prag. dioc. olim rectorem capelle S. Petri in *Wissegrado* eandem capellam S. Petri cum Johanne antedicto pro capella S. Georgij permutantem crida etc. 1397 25. Januarij.

**Q. IX. — Bawarow.** Anno quo supra 28. Januarij data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Krziecz ad hospitale seu capellaniam ibidem in Bawarow per resignacionem domini rectoris, de consensu honorab. dom. Wenceslai plebani ecclesie ibidem in Bawarow patroni, nobilis dom. Hen-

rici de Rosemberg ac consulum ac juratorum ibidem in Barwarow accedente. 1397 ultima Januarij.

**Neprobilicz.** Ad presentac. honorab. dom. Nicolai de Kutrowicz, plebani ecclesie in Kwilicz ac famosorum virorum Hassconis Sdyslai de Neprobilicz, Sdyslai de Kutrowicz, Johannis de Telecz alias de Neprobilicz et Petri similiter de Neprobilicz, ad ecclesiam paroch. ibidem per mortem dom. Nicolai vacantem, discr. dom. Wenceslaum presbyterum de Sbyerzowicz crida etc. ita tamen, quod prescripti patroni, heredes et successores ipsorum in prima vacacione in presentando rectorem ad dictam ecclesiam teneant ordinacionem, prout in actis nostris judiciarijs continetur etc. In cuius rei etc. Dat. Prage A. D. 1397 vltima Januarij.

**Morzina.** Ad presentac. dom. Wenceslai Boemie Regis, ad ecclesiam paroch. in Morzina per mortem dom. Johannis vacantem, discr. dom. Procopium de Praga crida etc. 1397 ultima Januarij.

**Prohonicz.** Nicol. Puchnik etc. Quod nos in et ad ecclesiam paroch. in Prohonicz per resignacionem dom. Nicolai ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi viri Onssonis clientis ibidem in Onssow dicte ecclesie patroni, discr. dom. Nicolaum dictum Kyklman olim plebanum S. Clementis in *Porziecz* pro ecclesia in Prohonicz cum dicto dom. Nicolao permutantem crida etc. Dat. Prage A. D. 1397 ultima Januarij. Insuper eciam altare S. Nicolai in ecclesia S. Michaelis Maioris Ciuitatis Prag. de consensu Johannis dicti Player ciuis dicte Maioris Ciuit. Pragen. idem dominus Nicolaus eadem die et hora permutauit.

**Vsk.** Ad ecclesiam paroch. in Vsk super Albea per resignacionem dom. Hermani ex causa permutacionis vacantem, de consensu Wenceslai Roman. et Boemie Regis dicte patroni, discr. dom. Wenceslaum olim canonicum prebendatum ecclesie Melnicensis dictos canonicatum et prebendam cum dom. Hermano pro ecclesia in Vsk antedicta permutantem crida etc. 1397 ultima Januarij.

**Pyeska.** Anno quo supra die 1. Februarij data est crida Gregorio clerico Prag. diocesis ad altare S. Procopij in Pyesca, per mortem dom. Petri ad presentacionem prouidi viri Nicolai dicti Wolinsky ciuis ciuitatis Pyescensis, de consensu et assensu domini plebani dicte ecclesie in Pyesca. Executor plebanus in *Zahorz*.

**Lestkow.** Anno quo supra 3. Februarij data est crida Francisco nato olim Cristani de Lipa clerico Prag. dioc. ad ecclesiam parochialem in Lestkow per resignacionem nobilis et honorab. dom. Johannis de Swamberg in manibus honorab. dom. plebani ecclesie in Domaslaw ex nostra commissione speciali factam et admissam vacantem, ad presentacionem nobilium dom. Bohuslai de Swamberg et Johannis dicti Rulant ibidem de Swamberg dicte patronorum. Executor ibidem in *Domaslaw*.



**Liscouicz.** Anno quo supra 3. Februarij data est crida Benessio olim plebano in Rabstein ad ecclesiam paroch. in Liscouicz ex causa permutacionis cum dom. Michaele, de consensu strenui militis Martini clientis de Horzieniwess dicte ecclesie patroni. Pro executore plebanus in *Milouicz*.

**Rabstein.** Anno quo supra 3. Febr. data est crida dom. Michaeli olim plebano in Liscouicz ad ecclesiam paroch. in Rabstein, de consensu dom. Wenceslai Rom. et Boemie regis dicte patroni cum dom. Benessio. Executor plebanus in *Kobila*.

**Q. X. — Wlastyborzicz.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Wlastyborzicz per resignacionem domini Wenceslai ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosi Styborij clientis de Wlastyborzicz dicte patroni, discr. Hanconem olim plebanum ecclesie S. Jacobi in preurbio ciuitatis Zacensis cum dicto dom. Wenceslao pro ecclesia in Wlastyborzicz permutantem crida etc. 1397 6. Februarij.

**Zacense preurbium.** Ad ecclesiam paroch. S. Jacobi preurbij Zacensis per resignacionem dom. Hanconis ex causa permutacionis vacantem, de consensu nobilis dom. Alberti senioris de Kolowrath dicte patroni, discr. dom. Wenceslaum olim plebanum in Wlastyborzicz cum dicto dom. Hancone pro ecclesia S. Jacobi permutantem crida etc. 1397 6. Februarij.

**Luticz.** Notum etc., quod vacante ecclesia parochiali in Luticz per mortem dom. Janconis, nobilis vir Borsso de Rzisumberg junior alias de Ossiek, Stephanum clericum de Zeleznicz ex vna, et Borsso senior ibidem de Rzisumberg honorab. dom. Henricum de Slakenwald presbyterum parte ex altera nobis ad eandem ecclesiam presentauerunt, inter quos presentatos causa super eadem ecclesia coram nobis est exorta, in qua procedentes seruatis seruandis, processerunt usque ad conclusionem inclusiue. Tandem nos omnibus et singulis in causa predicta deductis et allegatis, visis et clare intellectis, prefatum dom. Henricum ad predictam ecclesiam in Luticz decreuimus instituendum et confirmandum, ipsumque eiusdem ecclesie rectorem legitimum instituimus et plebanum etc. Prage A. D. 1397 7. Februarij.

**Slakenwald.** Anno quo supra 9. Febr. data est crida Wenceslao capellano nobilis dom. Borssonis de Rysenburg alias in Beczow presbytero, ad ecclesiam parochialem in eo, quod dom. Henricus ultimus ipsius ecclesie rector aliud

beneficium, videlicet ecclesiam paroch. in Luticz est assecutus vacantem, ad presentacionem dom. Borssonis.

**Hrziwicz.** Ad presentac. famosorum Svathonis et Vlrici clientum de Hrziwicz, ad ecclesiam paroch. ibidem in Hrziwicz per mortem dom. Clementis vacantem, discr. dom. Rudolfum de Horzan presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1397 10. Februarij.

**Sobyenow.** Anno quo supra 10. Febr. data est crida Petro presbytero de Miliczin ad ecclesiam in Sobyenow per mortem vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Rozemberg dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Welessin.*

**Wynklerdorff.** Anno quo supra 12. Februarij data est crida Thomiconi olim plebano in Margkendorff Luthomisl. dioc. ad ecclesiam paroch. in Wynklerdorff Prag. dioc., per resignacionem dom. Nicolai rectoris ex causa permutacionis etc., de consensu domini Pothe de Pothstat.

**Hrnczierz.** Puchnik etc. Tenore presencium notum fac. vniuersis, quod in et ad ecclesiam paroch. in Hrnczierz per resignacionem dom. Thome ultimi ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorbl. et religiosi dom. Abbatis monasterij in Aula Regia ordinis Cistercien. Prag. dioc., discr. dom. Johannem cum dicto dom. Thoma pro ecclesia in Hrnczierz permutantem crida etc. 1397 2. Marcij.

**Q. XI. — Hostywarz.** Nicol. P. etc. Ad ecclesiam parochialem in Hostywarz per resignacionem dom. Sdenconis ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. et religiosi dom. Abbatis monasterij S. Procopij Prag. dioc. dicte ecclesie patroni, discr. virum dom. Thomam olim rectorem altarium S. Marie Virg. Anunciacionis in ecclesia S. Michaelis et SS. virginum Katherine et Dorothee in ecclesia S. Galli Maioris Ciuit. Prag., cum dicto dom. Sdencone pro ecclesia predicta in Hostywarz permutantem crida etc. Datum Prage A. D. 1397 7. Marcij.

**S. Michaelis Prag.** Ad altare S. Marie Virg. Annunciacionis in ecclesia S. Michaelis Maioris Ciuit. Prag., per resignacionem dom. Thome ex causa permutacionis vacans, de consensu honesti Rudolphi ciuis Maioris Ciuit. antedicte dicti altaris patroni, discr. dom. Sdenconem olim plebanum ecclesie in Hostywarz cum dicto dom. Thoma permutantem crida etc. 1397 7. Marcij.

**S. Galli Prag.** Ad altare SS. Virginum Katherine et Dorothee in ecclesia S. Galli Maioris Ciuit. Prag. per resignacionem dom. Thome ex causa permutacionis vacans, de consensu famosi Johannis clientis de Dubecz dicti altaris patroni, discr. dom. Sdenconem olim plebanum in Hostywarz cum dicto Thoma permutantem crida etc. 1397 7. Marcij.



**S. Nicolai Prag.** Ad altare S. Marie Virg. in ecclesia S. Nicolai in foro pullorum Maioris ciuit. Prag. per resign. dom. Johannis de Duba ex causa permutacionis vacans, de consensu honesti Nicolai Quietonis de Zacz ciuis Prag. dicti altaris patroni, discr. dom. Wenceslaum olim rectorem altaris S. Johannis Ewangeliste in ecclesia Wyssegrad. prope Pragam cum dicto dom. Johanne permutantem crida etc. 1397 13. Marcij.

**Swetibor.** Anno quo supra 27. Marcij data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Gerleschein Misnen. dioc. ad ecclesiam paroch. in Swetibor Prag. dioc. ex causa permutacionis cum dom. Conrado, de consensu honorab. et religiosi viri dom. Johannis Abbatis monasterij in Ossiek dicte patroni. Executor plebanus in *Zachengrin.*

**S. Nicolai Prag.** Ad altare S. Trinitatis in ecclesia S. Nicolai Maioris Ciuit. Prag. per resignac. dom. Wenceslai ex causa permutacionis vacans, de consensu famosi Johannis de Dubecz clientis dicti altaris patroni, honorab. magistrum Henricum Baccalaureum in decretis olim perpetuum Vicarium domini prepositi ecclesie Luthomericen. cum dicto Wenceslao pro altari predicto permutantem crida etc. 1397 23. Marcij.

**Mezirziecz.** Anno quo supra 3. Aprilis data est crida Hortlino presbytero de Duba ad ecclesiam in Mezirziecz per mortem dom. Benyeczonis vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Hinconis dicti Hlawacz de Trziebochowicz alias de Duba dicte ecclesie patroni. Exec. plebanus in *Rohinicz.*

**Smrzyeczna.** Anno quo supra 3. Aprilis data est crida Wenceslao presbytero de Wrbna ad ecclesiam in Smrzyeczna per mortem dom. Petri vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Haskonis de Lemberg dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Lompnicz.*

**Ruffa.** Anno quo supra 7. Aprilis data est crida Jeronimo professo monasterij Milocensis ad ecclesiam paroch. in Ruffa per mortem dom. Georgij vacantem, ad presentacionem honorab. et religiosi Francisci Abbatis monasterij Milocensis predicti ordinis Premonstratensis, dicte patroni. Exec. plebanus in *Bernharticz.*

**Robczicz.** Anno quo supra 7. Aprilis data est crida Hildano rectori altaris olim S. Nicolai in ecclesia Boleslauiensi ad ecclesiam in Robczicz, ex causa permutacionis cum dom. Johanne plebano ecclesie in Robczicz pro eadem ecclesia sua, de consensu Wayglini et Ziffridi clientum de Barnstein dicte ecclesie patronorum. Exec. plebanus in *Merunicz.*

**Q. XII. — Ziehel.** Anno quo supra 11. April. data est crida dom. Thomasconi olim plebano in minori Chwogen ad ecclesiam paroch. in Ziehel ex causa permutacionis cum dom. Wenceslao, de consensu dom. Jacobi Abbatis monasterij Plassnensis ordinis Cisterciensis dicte patroni. Executor plebanus in *Potworow.*

**Minor Chwogen.** Anno quo supra 11. Aprilis data est crida Wenceslao olim plebano in Ziehel ad ecclesiam paroch. in Minori Chwogen ex causa permutacionis cum Thomascone, de consensu domine Przibe relicte quondam Wilhelmi dicte patroni.

**Czestinkostel.** Ad presentacionem honorab. Sbinconis presbyteri de Czestinkostel ad cappelaniam ibidem in Czestinkostel per mortem Marziconis, discr. Jacobum natum Wenceslai de Radonycz clericum Pragensis dioc., crida etc. 1397 11. Aprilis.

**S. Nicolai Prag.** Ad presentac. dom. Wolframi Archiepiscopi Prag. apostolice sedis legati, Nicolai Myslaus plebani ecclesie S. Nicolai in foro pullorum Maioris Ciuit. Pragen., Bohuslai dicti Niger ciuis Mai. ciuit. Prag., ad altare SS. virginum in ecclesia S. Nicolai sepedicte per mortem dom. Kochanconis vacans, Petrum de Mislaws clericum Olomucensis diocesis crida etc. 1397 5. Aprilis.

**Tziebenicz.** Anno quo supra 14. Aprilis data est crida Henslino olim plebano eccclesie in Sutom ad ecclesiam in Trziebenicz per resignac. Wilhelmi ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorbl. et religiose domine Gunegundis Abbatisse monasterij S. Georgij in castro Prag. dicte ecclesie patrone. Executor plebanus in *Dlazcowicz.*

**Sutom.** Anno quo supra 14. April. data est crida Wilhelmo olim plebano ecclesie in Trziebenicz ad ecclesiam in Sutom ex causa permutacionis cum dom. Henslino, de consensu famosor. virorum Rudigeri, Petri et Erhardi fratrum germanorum de Skalka, dicte ecclesie patronorum. Executor plebanus in *Dlazcowicz.*

**Robczicz.** Anno quo supra vltima Aprilis data est crida Johanni dicto Lupus altariste altaris S. Nicolai in ecclesia Boleslauiensi ad ecclesiam paroch. in Robczicz, per resignacionem dom. Hildani rectoris, ad presentacionem famosorum Wayglini et Ziffridi clientum de Bornstein dicte patronorum. Exec. plebanus in *Merunicz.*

**Benessow.** Anno quo supra 4. Maij data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Bucow ad altare S. Katherine in ecclesia paroch. in Benessow ex causa permutacionis



cum dom. Johanne, de consensu nobilis dom. Johannis de Michelsperg dicti altaris patroni. Executor plebanus in *Jedlka.*

**Bucow.** Anno quo supra 5. Maij data est crida Johanni olim rectori altaris S. Katherine in ecclesia paroch. in Benessow ad ecclesiam in Bucow, ex causa permutacionis cum dom. Johanne, de consensu honorabilium domicellarum Margarethe Abbatisse tociusque conuentus monasterij Teplicensis ordinis S. Benedicti dicte ecclesie patronarum. Executor plebanus in *Tyechlowicz.*

**Q. XIII. — Byela.** Anno quo supra 5. Maij data est crida Marco olim plebano ecclesie in Cyerkwicz ad ecclesiam in Byela ex causa permutacionis cum Hrdomo, de consensu famosi Nicolai clientis ibidem de Byela. Executor plebanus in *Wapno.*

**Czyerkwicz.** Anno quo supra die data est crida Hrdomo plebano ecclesie olim in Czyerkwicz ad ecclesiam in Czyerkwicz ex causa permutacionis cum dom. Marco, de consensu honorab. dom. Johannis Abbatis monasterj Czedlicen. ordinis S. Benedicti dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Senstcz.*

Ad ecclesias in **Nouadomo,** in **Bielina** et in **Theutonicali Broda.**

Anno quo supra 5. Maij data est crida cum commissione confirmacionis ad ecclesias prescriptas primo fratri Wenceslao ad ecclesiam in *Bielina* per resignacionem fratris Nicolai, item fratri Petro ad ecclesiam in *Theutonicali Broda* per resignacionem fratris Adalberti, et fratri Nicolao ad ecclesiam in *Nouadomo* per resignac. fratris Hermani, ad presentacionem dom. Alberti de Duba prouincialis per Bohemiam et Morauiam ordinis S. Marie de domo Theutonica, deputatus est ipsis pro executore plebano in Bielina plebanus in Zlatnik, plebano in Nouadomo in Jarossow, et in Theutonicali Broda plebano in *Frental.*

**Trzebonyn.** Joh. Pomuk etc. Quod nos ad presentacionem et petic. prouidorum virorum Jaxonis de Pyesca ciuis de Montibuschuthnis, ac Mathie nati Dobrohostonis de Trzebonyn alias de Jaroslauicz, ad ecclesiam paroch. in Trzebonyn per resignacionem dom. Petri, ex causa permutacionis vacantem, discr. dom. Conradum olim plebanum ecclesie in *Chotussicz* cum dicto dom. Petro pro ecclesia sua in Trzebonyn permutantem crida etc. ita tamen, quod prescripti patroni modum et ordinem in presentando rectorem ad dictam ecclesiam, postquam ipsam per mortem aut ex quacumque alia causa vacare contigerit, iuxta ordinacionem vicissitudinis in confirmacionibus prioribus descriptis et regestris confirmacionum

insertis, et signanter in confirmacione dom. Petro olim ad eandem ecclesiam data, per se et successores ipsorum obseruent inuiolabiliter in nullo contraueniendo. In cuius rei testim. etc. Datum Prage A. D. 1392 et 1397 29. Marcij.

**Przibram.** Anno quo supra 5. Maij data est crida Petro olim plebano in *Letowicz* ad ecclesiam paroch. in Przibram, ex causa permutacionis cum dom. Petro olim plebano in Przibram, de consensu nobilis dom. Stephani in Opoczna capitanei Wratislau. domini castri in Zleb dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Wilemow.*

**Cruppa.** Anno quo supra 5. Maij data est crida Petro olim plebano in Przibram ad ecclesiam paroch. in Cruppa ex causa permutacionis cum dom. Otticone, de consensu strenui militis dom. Johannis de Ronowicz alias de Sunnenburg dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Skuhrow.*

**Zyzow.** Nicol. etc. Ad presentac. famosorum Johannis, Buskonis clientum de Zyzow ad ecclesiam in Zyzow per mortem dom. Martini vltimi rectoris, discr. dom. Wenceslaum presbyterum de Janowicz crida etc. 1397 9. Maij.

**S. Nicolai Prag.** Nic. Puchnik etc. Ad altare S. Marie Virg. nec non SS. virginum in ecclesia S. Nicolai maioris ciuitatis Prag. ad presentacionem famosi Niklassij de Benessow residentis in Vrapicz, per mortem dom. Swanonis discr. Boleslaum clericum de Klumyn crida etc. Executor plebanus S. Leonardi maioris ciuitatis Pragensis.

**Lochouicz.** Anno quo supra 10. Maij data est crida Nicolao de Knyn presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Lochouicz per mortem dom. Mathie, ad presentacionem famosorum Sbinconis, Bohunconis et Borziwogij fratrum de Lochouicz dicte patronorum. Executor plebanus in *Newmietel.*

**S. Egidij in Praga.** Nic. Puchnik etc. Ad presentac. honeste matrone Elizabeth relicte Henrici Nasonis ciuis maioris Ciuit. Prag., ad cappellaniam seu altare S. Dorothee, situm in ecclesia S. Egidij in Praga de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, honorab. Gregorium presbyterum crida etc. 1397 5. Maij.

**Q. XIV. — Monteschuthni.** Anno quo supra 13. Maij data est crida Nicolao Schonherr presbytero Prag. diocesis ad altare S. Marie Virg. situm in capella Ruchardi in superiori ecclesia in Montibus chuthnis, ad presentacionem honesti Conradi alias Cunczlini Ruchart montani seu ciuis de Montibuschutnis per ipsum de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum.

**Luczen.** Anno quo supra 14. Maij data est crida Nicolao presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam in Luczen per resigna-



cionem dom. Petri rectoris vacantem, ad presentacionem famosi Johannis de Kopidlen alias de Luczen dicte patroni.

**Miletin.** Anno quo supra 18. Maij data est crida Alberto professo monasterij de domo theutonicali ad ecclesiam in Miletin, per resignacionem Francisci vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem honorb. et nobilis dom. Alberti de Duba prioris prouincialis per Boemiam et Morauiam etc. patroni. Exec. plebanus in *Trziemessna.*

**Wilharticz.** Anno quo supra 18. Maij data est crida Petro presbytero in Wilharticz ad altare S. Marie Magdalene per resignacionem dom. Leonardi rectoris vacans, ad presentacionem dom. Jacobi plebani ecclesie in Wilharticz patroni. Exec. plebanus in *Wzduna.*

**Grecz Regine.** Nicl. Puchnik etc. Ad altare S. Bartholomei in ecclesia S. Spiritus in Grecz Regine de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiast. erectum, ad presentacionem Johannis sartoris de Grecz ibidem et Sdene vidue olim Jacubczonis de Przedmericz dicti altaris patronorum, Wenceslaum plebanum ecclesie in Lochouicz crida etc. 1397 18. Maij.

**Mons S. Jacobi.** Ad ecclesiam paroch. in Monte S. Jacobi prope Monteschutnos per resignac. dom. Petri ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorb. dom. Johannis Abbatis et conuentus monasterij Czedlicen. ordinis Cisterciensis Prag. diocesis dicte ecclesie patroni, Johannem olim plebanum ecclesie in Holubicz pro eadem ecclesia permutantem crida etc. 1397 23. Maij.

**Holubicz.** Ad ecclesiam paroch. in Holubicz per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorb. dom. Wenceslai Hradecz decani S. Appollinaris et canonici ecclesie Prag. dicte ecclesie occasione canonicatus et prebende antedictorum patroni, dom. Petrum olim plebanum ecclesie in Monte S. Jacobi prope Montesch. pro eadem ecclesia in Holubicz permutantem crida etc. 1397 23. Maij.

**Nouadomus.** Anno quo supra 25. Maij data est crida Jacobo de Nouadomo clerico Prag. dioc. ad altare sanctissime Dei Genitricis Virginis Marie Visitacionis ac SS. quatuor doctorum in ecclesia paroch. in Nouadomo, per nobilem dom. Hermanum de Nouadomo de nouo dotatum et per nos in perpetuum beneficium ecclesiasticum erectum ad presentacionem et peticionem ipsius.

**Boroticz.** Anno quo supra 28. Maij data est crida Mathie olim maiori Mansionario chori beate Marie Virg. in ecclesia Prag. ad ecclesiam paroch. in Boroticz, ex causa permutacionis cum dom. Petro, de consensu venerbl. et religiosi dom. Sdenconis tociusque conuentus domus hospitalis S. Francisci ordi-

nis S. Augustini cruciferorum cum stella in pede pontis Prag. dicte patronorum. Exec. plebanus in *Knyn.*

**Wrzeskowicz.** Anno quo supra 28. Maij data est crida Sazeme olim plebano in Sekyrzan ad ecclesiam paroch. in Wrzieskowicz per resignacionem dom. Buskonis in manibus domini plebani in Prziestawlk commissarij nostri factam, per ipsum recepta et admissa vacantem, de consensu nobilis dom. Nyepronis de Rupow et dom. Raczkonis militis de Schananger consencientis dicte patronorum.

**Q. XV. — Sekyrzan.** Anno quo supra 25. Maij data est crida Buskoni olim plebano ecclesie in Wrzieskowicz ad ecclesiam paroch. in Sekyrzan, per resignacionem dom. Sazeme ipsius ecclesie rectoris in manibus domini plebani ecclesie in Prziestawlk commissarij nostri factam et admissam vacantem, de consensu honorabl. dom. Sulconis prepositi monasterij Chotiessouien. dicte patroni. Executor plebanus in *Prziestawlk.*

**Sweidleriuilla.** Anno quo supra 29. Maij data est crida Wenceslao de Wunselburg presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Sweidleriuilla, per mortem dom. Johannis vacantem, ad presentac. famosorum Ottonis Schuler, Bernhardi, Nicolai, Georgij filiorum ipsius, Conradi Glubus, Nicolai Waldicz et Nicolai Paruini patronorum, racione vicissitudinis iuxta tenorem literarum desuper confectarum honorab. dom. Petri prepositi monasterij S. Marie in Glacz canonicorum regularium accedente consensu. Exec. plebanus S. Wenceslai in *Glacz.*

**Trziebessow.** Nic. P. etc. Ad presentacionem honorabl. et religiosorum prepositi et conuentus monasterij in Jermyr canonicorum regularium ordinis S. Augustini Prag. dioc., ad ecclesiam paroch. in Trziebessow per mortem dom. Petri vacantem, relig. fratrem Johannem natum Peczoldi de Curia professum ordinis antedicti dispensacione predicti dom. Archiepiscopi Prag. prehabita crida etc. 1397. penultima Maij.

**Wssiesselow.** Anno quo supra 1. Junij data est crida Hermano olim plebano in Bielecz ad ecclesiam paroch. in Wssiesselow, ex causa permutacionis cum dom. Thomascone, de consensu nobilis dom. Georgij de Roztok dicte ecclesie patroni. Exec. plebanus in *Czista.*

**Bielecz.** Anno quo supra 1. Junij data est crida Petro olim plebano ecclesie in Krziessicz ex causa permutacionis Hermani ad ecclesiam in Bielecz de consensu Wenceslai Roman. Regis dicte ecclesie patroni. Exec. plebanus in *Druzecz.*

**Krziessicz.** Anno quo supra 2. Junij data est crida Thomasconi olim plebano in Wssiesselow ex causa permutacionis dom. Petri ad ecclesiam parochialem in Krziessin, de consensu



venerabl. dom. Wlachniconis de Weytemule dicte in Krzissin patroni. Exec. plebanus in *Hrussowan.*

**Grecz Regine.** Anno quo supra 1. Junij data est crida Johanni de Ponte ad altare S. Barbare in Grecz Regine per Nicolaum Kowrichter ciuem ibidem in Grecz de nouo dotatum et per nos in perpetuum beneficium ecclesiasticum erectum, ad presentacionem prefati Nicolai. Executor plebanus in *Grecz.*

**Chlistow.** Ad presentacionem nobilis dom. Brzienconis de Skala, nec non famosorum Wolframi de Chlistow, Bohunconis ibidem nec non Zacharie Protywe et Johannis dicti Kawan de Hradistz, ac Vlrici clientum de Krutyenicz ad ecclesiam paroch. in Chlistow per mortem dom. Pauli vacantem, discr. Vlricum clericum ibidem de Chlistow crida etc. 1397 2. Junij.

**Drziewczicz.** Ad presentacionem dom. Nicolai Episcopi Olomuceni, ad ecclesiam paroch. in Drziewczicz per mortem dom. Johannis vacantem, discr. dom. Georgium de Cremrziez Olomuc. dioc. crida etc. 1397 2. Junij.

**Zacz.** Anno quo supra 4. Junij data est crida Wenceslao presbytero de Wnyeticz ad altare SS. martirum videlicet Stephani, Laurencij et Vrbani in ecclesia S. Marie in Zacz per honestos viros Henslinum Schadernicht et Otticonem Russ de nouo dotatum, et per nos in perpetuum beneficium ecclesiasticum erectum, ad presentacionem prefatorum donatorum. Exec. plebanus in *Zacz* S. Marie.

**Benessow.** Anno quo supra 6. Junij data est crida Nicolao de Benessow presbytero ad altare sanctissimi Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi et S. Crucis in ecclesia paroch. Benessouiensi situm, per honestos Mathiam judicem Nicolaum Bank magistrum ciuium ceterosque juratos et scabinos et totam communitatem ibidem in Benessow de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, ad presentacionem nobilis dom. Johannis Michelsperg dicti altaris patroni. Exec. plebanus ibidem in *Benessow.*

**Q. XVI. — Lucawicz.** Anno quo supra 6. Junij data est crida Petro presbytero de Richnow ad ecclesiam in Lucawicz per mortem dom. Laurencij vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Pothe de Czastolouicz alias Opoczen dicte patroni. Exec. plebanus in *Richnow.*

**Kostelecz.** Anno quo supra 13. Junij data est crida Jodoco olim plebano ecclesie in Mlecowid ad ecclesiam in Kostelecz ex causa permutacionis cum dom. Henrico, de consensu famosorum Petri de Konoged et Sdenconis de Kostelecz clientum dicte ecclesie in Kostelecz patronorum. Exec. plebanus in *Mukarzow.*

**Mlecowid.** Anno quo supra 13. Junij data est crida Henrico olim plebano ecclesie in Kostelecz ad ecclesiam in Mlecowid ex causa permutacionis cum dom. Henrico, de consensu honestorum Francisci et Alberti Neugriner ciuium Luthomericen. dicte ecclesie patronorum. Exec. plebanus ecclesie S. Johannis in *suburbio Luthomericensi.*

**Vinarzecz.** Anno quo supra 22. Junij data est crida magistro Paulo baccalaureo in artibus olim altariste altaris SS. Petri et Pauli Apostolorum in ecclesia S. Marie ante letam curiam maioris ciuitatis Prag. situm, ad ecclesiam paroch. in Winarzecz ex causa permutacionis cum dom. Jacobo, de consensu famosi Bedrici clientis de Winarzecz dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Cornhauss.*

**Camenicz.** Anno quo supra 22. Junij data est crida Hane olim plebano in Liticz ad ecclesiam paroch. in Camenicz ex causa permutacionis cum dom. Ogerio in Camenicz olim plebano, de consensu nobilis dom. Johannis de Vsk alias de Camenicz patroni.

**Nedwyedicz.** Anno quo supra 3. Julij data est crida Martino olim plebano ecclesie in Smolnicz ad ecclesiam paroch. in Nedwyedicz per resignacionem dom. Petri ult. et imed. ipsius ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorb. et religiosi prepositi monasterij in Lunyowicz dicte patroni. Exec. plebanus in *Sobyeslaw.*

**Grecz Regine.** Anno quo supra ultima Junij data est crida ad altare S. Joh. Ewang. in ecclesia S. Spiritus in Grecz regine per honestas matronas Margaretham relictam Riteri et Gedrudem similiter relictam Petri Pechaconis ciuium Greczen., de nouo dotatum et per nos in perpetuum beneficium ecclesiasticum erectum. Exec. plebanus ibidem in *Grecz.*

**Vlibicz.** Nic. Puchnik etc. Ad presentac. famosi Mixiconis clientis ibidem ad ecclesiam in Vlibicz per mortem dom. Johannis vltimi rectoris, discr. Sbinconem clericum de Wogicz Prag. diocesis crida, 1397 6. Julij.

**Zlatnik.** Ad ecclesiam paroch. in Zlatnik ex causa permutacionis vacantem, de consensu venerbl. dom. Vitkonis prepositi ecclesie S. Egidij Prag., Prag. et Wissegrad. ecclesiarum canonici dicte ecclesie in Zlatnik patroni, honorab. dom. Nicolaum olim plebanum ecclesie in Chiss cum dicto domino pro ecclesia in Zlatnik permutantem crida etc. 1397 16. Julij.

**Chiss.** Anno quo supra 12. Julij data est crida Nicolao olim plebano in Zlatnik ad ecclesiam paroch. in Chiss per resignacionem dom. Nicolai dicti Roman etc. ex causa permutacionis, de consensu famosorum Theodrici et Johannis fratrum residencium ibidem in Chiss dicte patronorum. Exec. plebanus in *Nahorziedczicz.*



**Q. XVII. — Chomuticz.** Anno quo supra 18. Julij data est crida Mauricio presbytero de Drzassowicz ad altare S. Katherine in ecclesia paroch. in minori Chomuticz de nouo dotatum et erectum, ad presentacionem Alberti et Wilhelmi fratrum de Minori Chomuticzek. Exec. in *Sobczicz.*

**Dobessow alias Czrnyowicz.** Anno quo supra 3. Augusti data est crida Johanni de Styahlaw presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Dobessow alias in Czrnyowicz per mortem Johannis vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Rosemberg. Exec. plebanus in *Krziecz.*

**Mlada.** Anno quo supra 11. Augusti data est crida Nicolao olim altariste altaris S. Katherine et S. Eulogij in ecclesia S. Martini Maioris Ciuitatis Prag. ex causa permutacionis cum dom. Wenceslao plebano in Mlada, de consensu honorab. dom. Przibislai plebani ecclesie in Lissa dicte ecclesie patroni. Exec. plebanus in *Wsseyan.*

**Margintal.** Anno quo supra die 13. mens. Augusti data est crida Symoni presbytero de Ketbuss Missnen. dioc. vacantem ex eo, quod dom. Nicolaus aliud beneficium est assecutus, ad presentacionem nobilis Hinkonis dicti Berka domini in Melstein dicte ecclesie patroni. Pro executore deput. decanus Gablonen. plebanus in *Wartmberg.*

**Hlassyw.** Anno quo supra penultima Augusti data est crida Johanni olim altariste altaris SS. Philippi et Jacobi Apostolorum in ecclesia parochiali in Chwoynecz ad ecclesiam in Hlassyw ex causa permutacionis cum dom. Nicolao, de consensu Buskonis de Hlassyw residentis in Gedlina, Przibczonis et Johannis ibidem, Bohuslai dicti Brziekowecz de Hradek, Wolframi et Buskonis de Suchdol fratrum dicte ecclesie patronorum. Exec. plebanus in *Ratiborzicz.*

**Chwoynecz.** Anno quo supra penultima Aug. data est crida cum commiss. confirm. dom. Nicolao olim plebano ecclesie in Hlassyw ad altare SS. Philippi et Jacobi apost. in Chwoynecz ex causa permutacionis, de consensu dom. Wenceslai plebani ecclesie in Chwoyna et Przibe relicte quondam Wilhelmi de Chwoyna patronorum. Exec. plebanus in *Neweklow.*

**Czestinkostel.** Anno quo supra 3. Septemb. data est crida Jacobo clerico de Radimicz baccalaureo in artibus ad capellaniam beate Marie Magdalene in ecclesia in Czestinkostel, ad presentacionem honorab. Sbinconis de Czestinkostel dicte capellanie patroni. Exec. plebanus in *Petrowicz.*

**Hrziwicz.** Anno quo supra 12. Septemb. data est crida Nicolao olim plebano in Kystra et rectori altaris S. Trinitatis

in ecclesia S. Nicolai in foro pullorum Maioris Ciuit. Prag. ad ecclesiam paroch. in Hrziwicz per resignacionem Rudolfi ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosorum Swathonis et Vlrici clientum ibidem de Hrziwicz dicte ecclesie patronorum. Exec. plebanus in *Opoczna*.

**Kystra.** Anno quo supra 12. Septb. data est crida ad ecclesiam paroch. in Kystra per resignacionem dom. Nicolai vacantem, ad presentacionem honorb. magistri Dyuissij et Martini fratris eiusdem vterini ibidem de Kystra patronorum.

**S. Nicolai Prag.** Nicol. Puchnik etc. Ad altare S. Trinitatis sub cripta in ecclesia S. Nicolai in foro pullorum Maioris Ciuit. Prag. per resignacionem dom. Nicolai ipsius altaris rectoris ex causa permutacionis vacans, de consensu famosi Johannis Payer ciuis Maioris Ciuit. Prag., Cuncze consortis, famosi Johannis Tluxa de Dohalecz et Nicolai de Podwynnye ciuis eiusdem ciuitatis Prag. patronorum, honorb. Rudolphum olim plebanum ecclesie in Hrziwicz cum dicto Nicolao pro altari predicto permutantem crida etc. 1397 22. Septembris.

**Q. XVIII. — Lippa.** Anno quo supra 13. Septb. data est crida cum commissione dom. Petro olim plebano in Coyna ad altare S. Wenceslai situm in ecclesia paroch. in Lippa ex causa permutacionis cum dom. Jacobo, de consensu nobilis dom. Hinconis de Duba domini in Honstein dicti altaris patroni. Exec. plebanus in *Lippa*.

**Coyna.** Anno quo supra 14. Sept. data est crida Jacobo olim rectori altaris Wenceslai in Lippa ad ecclesiam in Coyna ex causa permutacionis cum dom. Petro, de consensu nobilis dom. Alberti de Coldicz dicte ecclesie patroni. Exec. plebanus in *Kunigswald*.

**Gylempnicz.** Anno quo supra 17. Sept. data est crida dom. Petro clerico de Smrzeczna Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Gylempnicz per mortem dom. Crucis ipsius ecclesie rectoris.

**Kolinecz.** Anno quo supra 22. Sept. data est crida cum commiss. confirm. dom. Martino olim altariste seu capellano in ecclesia paroch. in Glathouia ad ecclesiam in Kolinecz ex causa permutacionis cum. dom. Martino, de consensu nobilis dom. Pothe de Skala dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Mlazowicz*.

**Glathowia.** Anno quo supra 22. data est crida Martino olim plebano ecclesie in Kolinecz ad altare seu capellam in ecclesia paroch. in Glathouia ex causa permutacionis cum dom. Martino, de consensu prouidorum Andree Czilger, Henlini Grayner, Nicolai de Slawossowicz, Kere relicte Henzlini brascatoris, Elizabeth relicte Gmalechonis, Wenceslai dicti Fagus, Jacobi fratris ipsius ciuium ibidem in Glathouia dicte capelle patronorum. Exec. plebanus ibidem in *Glathouia*.



**San.** Anno quo supra 25. data est crida Johanni plebano olim ecclesie in San ad ecclesiam in *Budimericz* ex causa permutacionis cum dom. Johanne, de consensu honeste domine Marie conthoralis dom. Benessij Chusnik dicte ecclesie in *San* patrone. Pro executore deput. plebanus in *Oskobrh*.

**Budimericz.** Anno quo supra 25. Sept. data est crida Johanni plebano ecclesie olim in *Budimericz* ad ecclesiam in *San* ex causa permutacionis cum dom. Johanne, de consensu Wenceslai Rom. et Boemie Regis dicte ecclesie patroni. Exec. plebanus in *Nymburga*.

**Wlassim.** Anno quo supra 3. Octobris data est crida Petro de Batlona presbytero Olomucen. dioces. ad altare S. Nicolai et S. Martini et aliorum confessorum in ecclesia paroch. in Wlassim vacans ex eo, quod dom. Nicolaus ipsius altaris rector aliud beneficium est assecutus, ad presentacionem nobilis dom. Johannis de Wlassim dicti altaris patroni. Exec. plebanus in *Hradistz*.

**Henriciuilla.** Anno quo supra 4. Octobris data est crida cum commissione ad ecclesiam in Henriciuilla ex causa permutacionis cum dom. Laurencio olim plebano in Ziffridiuilla, de consensu dom. Wilhelmi de Douyn domini in Reymund. Executor plebanus in *Kraczauia*.

**Ziffridiuilla.** Anno quo supra 4. Octb. data est crida Luce olim plebano ecclesie in Henriciuilla ad ecclesiam in Ziffridiuilla ex causa permutacionis cum dom. Laurencio, de consensu nobilis dom. Haskonis de Lemberg dicte patroni. Executor plebanus in *Sucha*.

**Blathna.** Anno quo supra 13. Octob. data est crida Wenceslao presbytero de Klapi ad ecclesiam in Blathna per mortem Bertoldi vacantem, ad presentacionem venerab. dom. Alberti per Boemiam et Morauiam etc. de domo theutonica. Executor plebanus in *Druzkowicz*.

**S. Gastuli in Praga.** Nic. Puchnik etc. Tenore etc. quod nos ad altare omnium Sanctorum in ecclesia S. Gastuli in Praga per resignacionem dom. Jaxonis ipsius altaris rectoris vacans, ad presentacionem nobilis dom. Pauli de Jencenstein domini in Stara et dom. Johannis rectoris altaris S. Alexij in ecclesia Prag. dicti altaris patronorum disc. virum de Clumyn crida etc. 1397 20. Octobris.

**Q. XIX. — Radenfurth et Merica.** Anno quo supra 15. Octob. data est crida dom. Jacobo olim plebano in Bochow ad ecclesiam paroch. in Radenfurth et eius filialem in *Mërica* per resignacionem dom. Conradi ex causa permutacionis va-

cantem, de consensu dom. Conradi Abbatis monasterij in *Waltsassen* ordinis Cistercien. Ratispon. dioc. Executor plebanus in *Slakenwerd*.

**Bochow**. Anno quo supra 15. Octob. data est crida dom. Conrado olim plebano ecclesie in Radenfurth et eius filialis in Merica per resignacionem dom. Jacobi vltimi rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu nobilis dom. Borssonis de Rysenburg senioris. Exec. plebanus in *Vdicz*.

**Chwoyen**. Anno quo supra 20. Octob. data est crida Woyslao plebano ecclesie in Wrany ad ecclesiam in Chwoyen ex causa permutacionis cum dom. Wenceslao olim plebano in Chwoyen, de consensu honeste matrone domine Przibe relicte Wilhelmi ibidem in Chwoyen dicte patrone. Executor plebanus in *Neweklow*.

**Wrany et Zwol**. Anno quo supra 20. Octob. data est crida dom. Wenceslao olim plebano ecclesie in Chwoyen ad ecclesiam in Wrany et eius filialem in Zwol, ex causa permutacionis cum dom. Woyslao, de consensu honorab. dom. Diuissij Abbatis monasterij Brewnouien. ordinis S. Benedicti dicte ecclesie patroni. Executor plebanus *S. Galli prope Aulam regiam*.

**Dyerny**. Anno quo supra 23. Octob. data est crida dom. Johanni presbytero de Jawornicz ad ecclesiam in Dyerny per mortem dom. Koczlini vltimi rectoris, ad presentacionem Nicolai dicti Roth purgrauij in Hluboka dicte ecclesie patroni. Execut. decanus *Chinowiensis* plebanus in *Desczna*.

**Vbislawicz**. Anno quo supra 24. Octobris data est crida dom. Frana presbytero de Kopidlna Prag. dioc., ad ecclesiam paroch. in Vbislawicz per mortem dom. Petri vacantem, ad presentacionem et peticionem nobilis dom. Johannis de Rumburg alias de Wartemberg. Executor plebanus in *Vgezdecz*.

**Smolnicz**. Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Smolnicz per resignacionem dom. Petri ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu Venerabilis Johannis Bestfal Archidiaconi Zacensis dicte ecclesie in Smolnicz patroni, discr. dom. Thomam olim plebanum in Sudymericz pro eadem ecclesia.

**Sudymericz**. Ad ecclesiam paroch. in Sudymericz per resignacionem dom. Thome vacantem, ex causa permutacionis de consensu Illustris principis et dom. Jodoci Marchionis Brandeburgen. et domini Morauie dicte ecclesie in Sudymiricz patroni, discr. dominum Petrum olim plebanum in Smolnicz pro eadem ecclesia permutantem crida etc. 1397 26. Octobris.

**Czestinkostel**. Ad presentacionem honorb. dom. Sbynconis presbyteri de Czestincostel ad capellaniam S. Crucis in ecclesia paroch. ibidem in Czestincostel per resignacionem Dominici de Budweis notarij publici, procuratoris legitimi Jacobi clerici eiusdem capellanie rectoris vacantem, discr. Wenceslaum rectorem ecclesie parochialis in *Oken* crida etc. 1397 26. Octobris.



**Q. XX. Libeznicz**. Nicol. Puchnik etc. Nos in et ad ecclesiam paroch. in Libeznicz per resignacionem dom. Karoli ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorab. dominorum Dominici de Glogauia, Nicolai de Luthomisl, Wenceslai Dobrman de Hor, Fridrici de Nouauilla, canonicorum prebendatorum ecclesie Wyssegradensis supradicte, dicte ecclesie in Libeznicz patronorum, honorabl. Benessium olim rectorem altaris beate Marie Virginis in choro eiusdem beate Marie Virg. in ecclesia Pragensi cum dicto dom. Karolo pro ecclesia in Libeznicz supradicta permutantem crida seu proclamacione etc. 1397 3. Nouembris.

**Sbyroh**. Anno quo supra die 3. mens. Nouemb. data est crida cum commissione confir. dom. Duchconi olim altariste altaris beate Marie Virg. in Welessin in ecclesia paroch. per mortem domini vltimi et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, ad presentacionem nobilis viri dom. Henrici de Rozmberg dicte ecclesie in Sbyroh patroni.

Ad altare beate Marie Virg. in ecclesia paroch. in **Welessin**.

Anno quo supra die 3. mens. Nouembr. data est crida cum commiss. confirmacionis dom. Veliconi de Sedlecz presbytero ad altare beate Marie Virg. in ecclesia paroch. in Welessin vacans ex eo, quod dom. Duchko vltimus et immed. ipsius altaris rector ecclesiam parochialem in Sbiroh est pacifice assecutus, ad presentacionem nobilis viri dom. Henrici de Rozemberg, et fuit sibi pro executore deput. plebanus ecclesie ibidem in *Welessin*.

**Lunowicz**. Anno quo supra die 17. mens. Nouemb. data est crida cum commissione confirm. dom. Johanni professo monasterij Syloensis ad ecclesiam in Lunowicz, per mortem dom. Neslboij vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, ad presentacionem honorab. viri domini Henrici Abbatis monasterij Syloensis ordinis Premonstratensis, dicte ecclesie in Lunowicz patroni, et fuit sibi pro exec. deput. plebanus ecclesie in *Libun*.

Ad altare S. Marie Virg. in ecclesia parochiali in **Nouacolonia**.

Anno quo supra die 10. mensis Nouembris data est crida cum commissione confirm. Nicolao de Montibus chutnis presbytero Prag. diocesis ad altare S. Marie Virg. in ecclesia paroch. in Nouacolonia, per mortem domini vltimi et immed.

ipsius altaris rectoris vacans, ad presentacionem et peticionem honestorum virorum Mathie sartoris, Hanussij magistri confraternitatis, qui vulgariter Czechmeister dicitur, ceterorumque confratrum fraternitatis beate Marie Virg. ibidem in Noua-colonia, deputatusque est sibi pro executore plebanus ibidem.

**Libchawia boemicalis.** Anno quo supra 18. Nouemb. data est crida dom. Laurencio presbytero de Skalicz ad ecclesiam in Libchawia, per mortem dom. Hinconis vltimi rectoris, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Libchawia alias de Brandiss dicte ecclesie patroni. Executor plebanus ecclesie in *Sopotnicz.*

**Lucawicz.** Anno quo supra 17. Nouemb. data est crida dom. Veliconi olim plebano ecclesie in Jacubowicz Luthomislensis diocesis ex causa permutacionis ad ecclesiam in Lucawicz, de consensu nobilis dom. Mixonis de Potenstain alias de Zampach dicte patroni. Executor plebanus ecclesie in *Pyeseczno.*

Ad preposituram in **Rokyczano.**

Nicolaus Puchnik etc. Tenore presencium notumfacimus vniuersis, quod vacante nuper prepositura monasterij in Rokyczano ordinis S. Augustini canonicorum regularium nostre Prag. dioc., per resignacionem dom. Domankonis vltimi prepositi, ex commissione nostra speciali per venerabiles dom. Procopium Abbatem monasterij S. Karoli in Praga et Mathiam prepositum Rudnicen. receptam, et per nos auctoritate nostra admissam, honorab. et religiosi viri fratres Symon prior, Jacobus Martinus sacristanus, Blasius antiquus, Mathias, Johannes, Petrus procurator, Johannes Pragen., Gallus, Blasius junior, et Michael totusque conuentus monasterij in Rokyczano antedicti, vocati ad eleccionem futuri prepositi, qui de jure et consuetudine fuerant vocandi, dieque et hora certis pro huiusmodi eleccione deputatis, Spiritus S. gracia inuocata, per formam scrutinij procedentes, honorab. et religiosum fratrem Wenceslaum dicti monasterij et ordinis professum, virum ydoneum in regulari disciplina ac in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum, in suum et dicti ipsorum monasterij prepositum concorditer ac canonice elegerunt, prout hec omnia et singula in decreto eleccionis coram nobis exhibito plenius continentur. Nos secundum dictum apostoli, nemini cito manum imponi docentis, facere volentes, tam personam electam quam eleccionem predictam examinare curauimus diligenter, et quia inuenimus omnia et singula rite, racionabiliter ac canonice facta et celebrata, ideo prefatum fratrem Wenceslaum taliter ut (R. I.) premittitur electum, crida seu proclamacione premissa dicto monasterio in prepositum prefecimus ac pastorem,



sibi munus confirmacionis seruatis seruandis recepto prius ab ipso solito juramento auctoritate ordinaria impendimus, curam animarum et regimen cum administracione spiritualium et temporalium plenissime in Dei nomine committentes. In cuius rei etc. Datum Prage A. D. 1397 die 20. Nouembris.

**Bossin.** Anno quo supra 21. Nouemb. data est crida dom. Johanni olim plebano ecclesie in Bossin ad ecclesiam in Lompnicz ex causa permutacionis cum —, de consensu nobilis dom. Johannis dicti Kossik de Rozdyalouicz dicte ecclesie patroni.

**Lompnicz.** Anno quo supra 21. Nouemb. data est crida domino olim plebano ecclesie in Bossin ad ecclesiam in Lompnicz ex causa permutacionis cum dom. Johanne, de consensu prefati dom. Johannis Kossik.

**Mutyeiowicz.** Ad ecclesiam paroch. in Mutyeiouicz per resignacionem dom. Mauricij ex causa permutacionis vacantem, de consensu Illustris principis Procopij Marchionis Morauie in absencia Wenceslai Roman. et Boemie Regis gubernatoris Regni Boemie, discr. Petrum olim plebanum in Byelcz crida etc. 1397 27. Nouembris.

**Byelcz.** Ad ecclesiam paroch. in Byelcz per resignacionem dom. Petri ex causa permutacionis vacantem, de consensu Illustris dom. Procopij Marchionis Morauie in absencia dom. Wenceslai Roman. et Boemie regis dicte ecclesie patroni, discretum Mauricium olim plebanum in Mutyeiowicz crida etc. 1397 27. Nouembris.

**Chlum.** Anno quo supra 6. Decembris data est crida Nicolao presbytero de Hradistz ad ecclesiam in Chlum per resignacionem dom. Gregorij vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici dicti Berka de Duba dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Drchlawia.*

**S. Clementis in Porziecz Prag.** Ad altare S. Marie in ecclesia S. Clementis in Porziecz noue Ciuit. Prag. per resignacionem dom. Martini ex causa permutacionis vacans, de consensu prouidorum virorum Laurencij panificis et Martini dicti Otmuzie ciuium noue ciuitatis Prag. dicti altaris patronorum, honorb. magistrum Stephanum olim plebanum ecclesie S. Crucis in suburbio Chrudimensi Luthomislen. dioc. cum domino Martino pro altari predicto permutantem crida etc. 1397 24. Nouembris.

**Broda.** Ad presentacionem famosorum virorum Galli Krzahonis et Johannis ciuium de *Broda boemicali* ad altare Corporis Christi in Broda de nouo dotatum et per nos in perpetuum beneficium ecclesiasticum erectum, dom. Weliconem de Mochow presbyterum Prag dioc. crida etc. 1397 17. Decembris.

**Czestinacostel.** Ad capellaniam S. Crucis in Czestinacostel per resignacionem Wenceslai ex causa permutacionis vacantem, de consensu honorb. dom. Sbinconis presbyteri de Czestinacostel dicte capellanie patroni, discr. Johannem olim rectorem capelle S. Georgij prope Curim cum dicto dom. Wenceslao pro capellania S. Crucis antedicta permutantem crida etc. 1397 1. Decembris.

**Curim.** Ad capellam S. Georgij prope Curim per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu venerabilis et religiosi domini Diuissij Abbatis monasterij Brewnouiensis prope Pragam ordinis S. Benedicti dicte capelle patroni, dom. Wenceslaum olim rectorem capellanie S. Crucis in Czestinacostel pro capella S. Georgij antedicta parmutantem crida seu proclamacione premissa etc. 1397 22. Nouembris.

**R. II. — Sutom.** Ano quo supra 20. Decembris data est crida cum commissione confirmacionis dom. Gallo presbytero de Straki ad ecclesiam in Sutom, per mortem domini Wilhelmi vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris, ad presentacionem famosorum virorum Rudigerij, Petri et Erhardi de Skalka clientum dicte ecclesie patronorum, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus in *Trziebonicz.*

**Czestincostel.** Nic. Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem et petic. honorabilis viri dom. Sbinconis plebani ecclesie in Czestincostel, in et ad altare S. Crucis in ecclesia parochiali ibidem in Czestincostel, per resignacionem dom. Johannis de Duba vltimi et immediati ipsius altaris rectoris vacans, in quo prefatus dominus Sbinco juspatr. dinosc. obtinere, discr. dom. Buzkonem plebanum in Brziezie crida etc. Datum Prage 1397 die 22. mensis Decembris.

**Q. XII. Tussemicz.** Anno quo supra 2. Maij data est crida cum commiss. confirm. Johanni olim rectori altaris S. Martini in ecclesia paroch. in Czwikauia Neumburg. dioc. ad ecclesiam paroch. in Tussemicz ex causa permutac. cum dom. Petro, de consensu venerab. dom. Nicolai abbatis monasterij S. Nicolai in Grunenhain Neumburg. diocesis. Deputatus est pro exec. plebanus in *Druzcouicz.*

---

## Libri V. Annus 1398.

**R. II. — Nechwalicz.** Nicolaus Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem et peticionem famosorum virorum Sobyehrdonis et Bohuslai fratrum de Nechwalicz et Nicolai clientis de Libczan, ad ecclesiam parochialem in Nechwalicz per mortem dom. Raczkonis vltimi et immediati ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefati clientes juspatronatus dinoscuntur obtinere, discr. virum dom. Johannem de Nechwalicz presbyterum crida etc. Datum Prage Anno Domini 1398 die 4. mensis Januarij.

**Boleslauia.** Nicol. Puchnik etc. Quod nos in et ad perpetuam missam seu capellaniam circa tumbam S. Wenceslai in ecclesia Boleslauiensi per resignacionem domini Nicolai vltimi et immediati ipsius misse rectoris, ex causa permutacionis in manibus nostris factam, per nos receptam et admissam vacantem, de consensu illustris principis dom. Procopij Marchionis Morawie, in absencia Serenissimi principis dom. Wenceslai Romanorum et Boemie Regis dicte misse seu capellanie patroni ad premissa consencientis, discr. virum dom. Wenceslaum olim rectorem altaris omnium Sanctorum in ecclesia S. Gastuli Maioris ciuitatis Pragensis cum dicto Nicolao pro dicta perpetua missa permutantem crida seu etc. A. D. 1398 4. Januarij.

**S. Gastuli Prage.** Ad altare omnium Sanctorum in ecclesia S. Gastuli Maioris Ciuit. Prag. per resignacionem dom. Wenceslai ipsius altaris rectoris, ex causa permutacionis in manibus etc. vacans, de consensu Nobilis dom. Pauli de Jenczenstain et dom. Johannis rectoris S. Alexij in ecclesia Pragen. dicti altaris patronorum, dom. Nicolaum olim capellanum perpetue misse circa tumbam S. Wenceslai in ecclesia Boleslauiensi cum dicto dom. Wenceslao pro altari predicto permutantem crida etc. Dat. Prage A. D. 1398 die 4. Januarij.

**Zakup.** Anno quo supra 4. Januarij data est crida cum commissione confirmacionis dom. Mathie olim plebano ecclesie in Burzienicz ad ecclesiam in Zakup ex causa permutacionis cum dom. Henrico, de consensu nobilis dom. Wilhelmi dicti

de Wartmberg domini in Zakup, et fuit sibi pro executore deputatus plebanus ecclesie in *Brenna*.

**Burzenicz.** Anno quo supra 4. Januarij data est crida dom. Henrico olim plebano in Zakup ad ecclesiam in Burzenicz ex causa permutacionis, de consensu famosi Zdeslai de Burzenicz dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Krziessin*.

**Lucida ciuitas.** Anno quo supra 5. Januarij data est crida religioso fratri Nicolao olim plebano ecclesie in Naydek ad ecclesiam in Lucidaciuitate ex causa permutacionis, de consensu religiosi dom. Bohussij Abbatis monasterij Teplensis ordinis Premonstratensis dicte ecclesie patroni. Exec. plebanus in *Tirgarten*.

**Naydek.** Anno quo supra 5. Januarij data est crida fratri Johanni plebano ecclesie in Lucidaciuitate ad ecclesiam in Naydek ex causa permutacionis cum dom. Nicolao, de consensu strenui Bussiconis clientis de Prehorz dicte in Neydek patroni. Pro executore deputatus plebanus in *Totrwicz*.

**R. III. — Krp.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem et peticionem famosorum Herssonis de Wruticz et Petri de Krp clientum, ac honorab. Wenceslai canonici ecclesie S. Georgij in castro Prag. regentis bona aliorum canonicorum eiusdem ecclesie S. Georgij ibidem in Krp, suo et aliorum canonicorum nomine, in et ad ecclesiam parochialem in Krp, per mortem dom. Galli vltimi ipsius rectoris vacantem, dom. Petrum presbyterum Pragensis diocesis crida etc. A. D. 1398 12. Januarij. Ibidem dom. Hersso de Wruticz asseruit et dixit, quod habet voces infrascriptorum videlicet Bussconis, Stranconis, Sobaconis, Ade et Slawiborij, de quibus in antiquo regestro de anno septuagesimo tercio fit mencio.

**Poczepicz.** Anno quo supra 16. Januarij data est crida dom. Cruci de Sedlczano ad altare S. Johannis Ewangeliste in Poczepicz, per resignacionem dom. Thome vacans, ad presentacionem famosorum Leonardi, Nicolai, Odoleni de Poczepicz et Petri de Petrouicz dicti altaris patronorum. Executor plebanus in *Nechwalicz*.

**Benessow.** Ad presentac. nobilis dom. Alberti de Sternberg residentis in Konopistz et honorab. dom. Procopij plebani ecclesie S. Spriritus in Grecz, ad altare SS. Apostolorum et S. Dorothee Virginis in ecclesia parochiali in Benessow de nouo per ipsos dotatum et per nos in perpetuum beneficium ecclesiasticum erectum, dom. Hanconem de Wlassim presbyterum crida etc. 1398 16. Januarij.

**S. Egidij in Praga.** Ad presentacionem honestorum Henslini Weysswosser et Stephani Luthomericer ciuium Maioris



Ciuitatis Pragensis, ad altare S. Crucis in ecclesia S. Egidij in Praga de nouo dotatum et per nos in beneficium ecclesiasticum erectum, dom. Peregrinum presbyterum de Nausadlicz Olomucen. diocesis crida etc. 1398 8. Januarij.

**Brnyss.** Anno quo supra penultima Januarij data est crida dom. Hanconi olim plebano ecclesie in Wlastiborzicz ad ecclesiam in Brnyss ex causa permutacionis cum dom. Johanne, de consensu nobilis dom. Petri de Wartmberg dicte patroni. Executor plebanus in *Wartmberg*.

**Wlastiborzicz.** Anno quo supra die penultima Januarij data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Brnyss ad ecclesiam in Wlastiborzicz ex causa permutacionis cum Hancone, de consensu Hanussij dicti Panczierz clientis de Wlastiborzicz dicte patroni. Executor plebanus in *Hodcowicz*.

**Lompnicz.** Anno quo supra 8. Februarij data est crida dom. Mathie ad ecclesiam in Lompnicz per resignacionem dom. Bertoldi per procuratorem ipsius legitimum ad hoc per eundem constitutum vacantem, ad presentacionem famosorum Wolframi Militis, Otticonis et Nicolai de Panwicz dicte patronorum.

**Klumyn.** Nicol. Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem famosi Johankonis dicti Dubecz de Dubecz ad ecclesiam in Klumyn per mortem Wenceslai vacantem, dom. Wenceslaum de Sedlecz presbyterum crida etc. 1398 9. Februarij.

**Benessow.** Anno quo supra 9. Februarij data est crida Sdenconi presbytero de Zbranissowicz ad ecclesiam in Benessow per mortem dom. Mathie vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Rozemberg dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Zumberg*.

**Benessow prope Konopistz.** Ad presentac. nobilis dom. Alberti de Sternberg alias de Konopistz ad ecclesiam parochialem in Benessow, per mortem dom. Jaxonis vacantem, honorab. dom. Johannem de Maiori Oldrzichow presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1398 13. Februarij.

**R. IV. Hlawatecz.** Anno quo supra 13. data est crida Nicolao olim rectori hospitalis in Vsk super Luznicz ex causa permutacionis cum dom. Bertoldo, de consensu famosorum Wilhelmi, Jenissij, Vlrici, Johannis, Alssonis fratrum germanorum de Hlawatecz, Vlrici, Stiborij, Raczkonis filij quondam Ade ibidem de Hlawatecz, Sdenconis de Beztuhow, Stiborij et Bernhardi fratrum de Hlawatecz dicte patronorum. Executor plebanus in *Vsk* super Luznicz.

**Vsk super Luznicz.** Ano quo supra 13. Febr. data est crida dom. Pertoldo olim plebano in Hlawatecz ad hospitale in Vsk super Luznicz, per resignacionem dom. Nicolai

rectoris ipsius, ex causa permutacionis vacantem, de consensu nobilium dom. Johannis senioris, Johannis junioris fratrum de Vsk, ac domine Dorothee relicte dom. Sazeme ibidem dicti hospitails patronorum. Exec. plebanus ecclesie in *Vsk* ibidem.

**Nabdin.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Nabdin per resignacionem dom. Benessij rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu venerab. dom. Diuissij Abbatis monasterij Brewnouiensis dicte in Nabdin patroni, dom. Johannem olim plebanum ecclesie in Veltruss pro eadem ecclesia permutantem crida etc. 1398 13. Februarij.

**Veltruss.** Ad ecclesiam paroch. in Veltruss per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu venerabilis dom. Gymrami prepositi Monasterij Doxanensis ordinis Premonstraten. dicte ecclesie in Veltruss patroni, dom. Benessium olim plebanum in Nabdyn pro dicta ecclesia permutantem crida etc. 1398 13. Februarij.

**Mukarzow.** Ad ecclesiam in Mukarzow per resignacionem dom. Wenceslai ex causa permutacionis vacantem, de consensu Procopij Marchionis Morawie in absencia Wenceslai Roman. et Boemie regis ad premissa consencientis, honorbl. dom. Mathiam olim rectorem altaris Corporis Christi in ecclesia S. Marie ante letam curiam maioris ciuitatis Prag. cum dicto Wenceslao pro ecclesia predicta permutantem crida etc. 1398 20. Februarij.

**S. Marie Prag.** Ad altare Corporis Christi in ecclesia S. Marie ante letam curiam Maioris ciuitatis Prag. per resignacionem dom. Wenceslai ex causa permutacionis vacans, de consensu dom. Wolfframi Archiepiscopi Prag. ac Pauli et Wenceslai fratrum ipsius germanorum de Squorcz dicti altaris patronorum, dom. Wenceslaum olim plebanum ecclesie in Mukarzow cum dicto Mathia pro altari predicto permutantem crida etc. 1398 20. Februarij.

**Semyn.** Anno quo supra 21. Febr. data est crida Marco olim plebano in Byela ad ecclesiam in Semyn, per resignacionem dom. Michaelis ipsius ecclesie rectoris vacantem, de consensu honeste matrone domine Anne de Slatinek alias de Richnow dicte ecclesie patrone.

**Byela.** Anno quo supra 21. Febr. data est crida Michaeli olim plebano in Semyn ad ecclesiam paroch. in Byela per resignacionem dom. Marci ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosorum Nicolai et Rohowladonis de Byela et Bohunconis de Chuderzicz clientum dicte patronorum. Exec. plebanus in *Wapno.*

**Kopicz.** Anno quo supra 23. Februarij data est crida Martino olim plebano in Gedlka ad ecclesiam in Kopicz ex



causa permutac. cum Wenceslao, de consensu famosi Henslini Schadernicht clientis ibidem de Kopicz dicte patroni.

**Gedlka.** Anno quo supra die 23. Febr. data est crida dom. Wenceslao olim plebano ecclesie in Kopicz ad ecclesiam in Gedlka, ex causa permutacionis cum dom. Martino, de consensu nobilis dom. Johannis dicti Michalecz de Michalowicz dicte in Gedlka patroni.

**R. V. — Karlstain.** Nic. Puchnik etc. Quod nos in et ad decanatum in Karlstain per resignacionem dom. Henrici decani ex causa permutacionis cum dom. Johanne plebano in Chomla, de consensu honorabilis dom. Ade, imperialium reliquiarum custodis in Karlstain et Hradek prepositi, in absencia regis Roman. et Boemie patroni ex commissione ipsius speciali, Johannem olim plebanum ecclesie in Chomla cum dicto Henrico pro decanatu predicto permutantem crida etc. 1398 24. Februarij.

**Chomla.** Ad ecclesiam in Chomla per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis cum dom. Henrico, de consensu nobilis dom. Otticonis de Chrastz dicte patroni, disc. Henricum olim decanum in Karlstain cum dom. Johanne pro ecclesia antedicta permutantem crida etc. 1388. 24. Februarij.

**Elbyrsdorff.** Anno quo supra 24. Febr. data est crida Johanni Darman clerico Prag. dioc. ad ecclesiam in Elbyrsdorff per mortem domini Martini ipsius ecclesie rectoris, ad presentacionem famosi Johannis dicti Glawbis clientis de Elbyrsdorff dicte patroni.

**Sopotnicz.** Anno quo supra 1. Marcij data est crida Stephano presbytero ad ecclesiam in Sopotnicz per mortem dom. Petri ad presentacionem nobilis dom. Boczkonis de Cunstat alias de Podyebrad. Exec. plebanus de *Potenstain.*

**S. Marie Prag.** Ad presentac. honestorum Alberti Rotlew, Petri fratris ipsius ciuium maioris ciuitatis Prag., nepotum olim Jessconis de Montibuschuthnis et *Johannis magistri fabrice ecclesie Pragensis,* tutorum orphanorum Elene, videlicet Johannis, Wenceslai et Benedicti fratrum predictorum Alberti et Petri, in et ad altare SS. Bartholomei, Lazari et Marthe in ecclesia S. Marie ante letam curiam dicte maioris ciuitatis Prag., per resignacionem dom. Nicolai Synek ipsius altaris rectoris, per Dominicum de Budweis procuratorem ipsius dom. Nicolai ad hoc legitime constitutum vacans, honorab. Nicolaum de Lowossicz clericum Prag. dioc. crida etc. 1398 16. Januarij.

**Vgezd Prag.** Ad presentacionem et peticionem honrb. Nicolai generalis monasterij S. Marie Magdalene de penitencia ordinis S. Augustini, ad ecclesiam S. Marie Magdalene in Vgezd

Prag. monte sub Petrino, per mortem dom. Hanussij vltimi ecclesie rectoris vacantem, religiosum fratrem Johannem de Schoenwald professum monasterij eiusdem crida etc. 1398 6. Marcij.

**Vdrynicz.** Anno quo supra 7. Marcij data est crida. dom. Blasio de — presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Vdrynicz, per mortem dom. Busseonis ipsius ecclesie rectoris vacantem, ad presentacionem famosi viri Marquardi de Vdrynicz alias de Labun. Exec. plebanus ecclesie in *Drahorass.*

**Grec. suburbium.** Anno quo supra 16. Marcij data est crida Lupo plebano ecclesie in Sdetyn ad ecclesiam S. Petri in suburbio ciuitatis Grecensis per resignacionem Andree clerici ipsius rectoris vacantem ex causa permutacionis, de consensu Venerbl. Abbatis monasterij Opathouicen. ordinis S. Benedicti Prag. diocesis dicte patroni.

**Sczepanicz.** Anno quo supra 23. Marcij data est crida cum. commiss. confirm. dom. Zwyestoni presbytero de — ad ecclesiam in Sczepanicz per mortem ipsius ecclesie vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Zdenconis de Walstain dicte ecclesie patroni. Exec. plebanus in *Antiquapaka.*

**Benessow.** Anno quo supra 10. Aprilis data est crida dom. Petro presbytero de Nemirzicz Prag. dioc. ad ecclesiam in Benessow per mortem dom. Enoch rectoris eiusdem vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Johannis Michalecz de Michalowicz dicte patroni. Exec. plebanus in *Gyedlka.*

**Zdetin.** Ogyerius etc. Ad presentacionem dom. Herssonis de Swyerzeticz prioris generalis domorum per Bohemiam, Poloniam, Morauiam etc. ad ecclesiam paroch. in Sdetin per resignacionem dom. Lupi vacantem, ex causa permutacionis cum dom. Andrea plebano ecclesie S. Petri in suburbio Grecensi, eundem Andream ad dictam ecclesiam in Sdetin crida seu proclamacione etc. 1398 23. Marcij.

**R. VI. — Alto-Vgezd.** Nic. Puchnik etc. Ad presentacionem famosi Otticonis de Drziewenicz alias de Labun ad ecclesiam paroch. in Alto Vjezd per mortem dom. Stephani vacantem, Johannem de Zerczicz presbyterum Prag. dioc. crida etc. 1398 15. Aprilis.

**Bukow.** Anno quo supra 17. Aprilis data est crida dom. Johanni olim plebano in Wsseborzicz ad ecclesiam in Bukow per resignacionem dom. Johannis ex causa permutacionis vacantem, de consensu Abbatisse et conuentus monasterij Teplicensis dicte patronarum.

**Wsseborzicz.** Anno et die quo supra data est crida dom. Jo. olim plebano in Bukow ad ecclesiam in Wsseborzicz per resignac. dom. Jo. ex causa permutac. vacantem, de consensu



Henrici senioris, Henrici junioris et Slawathe de Wsseborzicz clientum. Exec. plebanus in *Vsk* super Albea.

**Strazist.** Anno quo supra 26. Marcij data est crida dom. Henrico alias Jindre olim altariste SS. Cozme et Damiani in ecclesia Prag. cum Martino de Chiss notario publico plebano olim eiusdem, de consensu venerab. dom. Jacobi Abbatis et conuentus monasterij Plassnensis dicte patronorum. Executor plebanus in *Rabstain.*

**Petrouicz.** Anno quo supra 20. Aprilis data est crida Raczkoni perpetuo vicario in ecclesia Prag. ad ecclesiam parochialem in Petrowicz, per mortem dom. Przibiconis vacantem, ad presentacionem famosorum Hrochonis de Krassowicz, Budywogij de Petrowicz, Gyrziconis et Petri ibidem, Hedwicze relicte Bernhardi de Kunyczek nomine Petri orphani dicti Bernhardi, Johannis et Franconis ibidem de Kunyczek. Executor plebanus in *Nechwalicz.*

**San, Zytowlicz** et **Mczel.** Anno quo supra die 20. Aprilis date sunt cride cum commissionibus confirmacionum videlicet dom. Johanni olim plebano in Zytowlicz ad ecclesiam in San de consensu nobilis dom. Benessij Chussnik dicte in San patroni ex causa permutacionis. Item quod dominus Johannes olim plebanus in Mczel ad ecclesiam in Zytowlicz de consensu strenui militis Johannis de Zasada cum fratribus suis et Sdenconis clientis de Zytowlicz dicte ecclesie in Zytowlicz patronorum instituatur, transferatur et confirmetur. Item quod dominus Johannes olim in San ad ecclesiam in Mczel de consensu honorb. viri dom. Andree de Gewiczka canonici ecclesie Prag. nomine obediencie dicte ecclesie in Mczel patroni, deputatus —

**Antiquapaka.** Anno quo supra 21. Aprilis data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Langnow ad ecclesiam in Antiquapaka ex causa permutacionis cum dom. Cruce, de consensu nobilis dom. Johannis de Kolmberg dicti de Wartmberg dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Juuenipaka.*

**Langnow.** Anno quo supra 21. Aprilis data est crida Cruci olim plebano ecclesie in Antiquapaka ex causa permutacionis cum dom. Johanne, de consensu nobilis Johannis dicti Czuch de Zasada alias de Lobcowicz dicte patroni. Executor plebanus in *Inferiori Brenna.*

**Czesticz.** Nic. Puchnik etc. Ad presentacionem famosorum Przjechonis de Czesticz, suo et Stephani filiastri sui nomine tutorio, et Hnyewkonis de Hodyeyow, ad ecclesiam in Czesticz ibidem per mortem dom. Jacobi vacantem, Hinkonem clericum de Kanicz crida etc. 1398 22. Aprilis.

**Lowczicz.** Johannes Kbel decr. doctor., Pragen. et Olomucensis ecclesiarum canonicus, Vicarius in spiritualibus. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem famosorum virorum Zdyslai Sestrzenecz de Lowczicz alias de Petrouicz, Katherine relicte Henikonis quondam de Lowczicz, Henykonis filij ipsius, nec non Johannis de Slybowicz, in et ad ecclesiam paroch. in Lowczicz per mortem dom. Wokkonis vltimi et immed ipsius ecclesie rectoris vacantem, discr. dom. Wilhelmum de Zechowicz presbyterum Prag. diocesis, crida seu proclamacione premissa, rectorem legitimum instituimus et plebanum etc., ita tamen, quod cedente (R. VII.) uel decedente prefato dom. Wilhelmo, aut ex quacumque causa dicta ecclesia preter casum permutacionis vacante, dicti Katherina, Henyk filius ipsius, nec non Johannes de Slybouicz, heredes et successores ipsorum rectorem ad dictam ecclesiam iuxta ordinacionem vicissitudinis in actis nostris judiciarijs descriptis presentent instituendum, ad quam presentacionem predictus Sdyslaus, heredes et successores ipsius tenebuntur consentire sine contradiccione, et sic inantea predictam ordinacionem vicissitudinis obseruantes. In cuius rei testimonium etc. Datum Prage A. D. 1398 die 26. Aprilis.

**Cotun.** Anno quo supra 26. Aprilis data est crida Welislao olim plebano in Krcz ad ecclesiam in Cotun, per resignacionem dom. Nicolai vltimi rectoris eiusdem ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosorum Buskonis de Nouauilla, Stanislai filij ipsius, Slawyborij de Cotun et Hroznathe ibidem clientum dicte ecclesie patronorum. Exec. plebanus in *Zassitnicz*.

**Krzinecz.** Anno quo supra vltima Aprilis data est crida Andree presbytero de Bosna ad ecclesiam in Krzinecz per mortem dom. Mauricij, ad presentacionem famosi Johannis de Krzinecz dicti de Waleczow dicte ecclesie patroni. Exec. plebanus in *Jessenik*.

**Solopisk.** Nic. Puchnik etc. Ad presentacionem venerabilis dom. Friderici Abbatis monasterij in Aularegia ordinis Cistercien., Johannis plebani ecclesie in Wolin, Petri de Hradek, Mathie de Solopisk et Bohunconis dicti Kozlik de Drahobudicz clientum, ad ecclesiam in Solopisk per mortem dom. Marquardi vacantem, dom. Wenceslaum olim plebanum de Dobrzien crida etc. 1398 4. Maij.

**Dobrzien.** Anno quo supra 4. Maij data est crida Georgio de Chlumecz presbytero ad ecclesiam in Dobrzien, per resignacionem dom. Wenceslai vacantem, ad presentacionem



famosorum Henrici, Diuissij et Procopij fratrum dicte ecclesie patronorum.

**Waldemberg.** Anno quo supra 6. Maij data est crida Woyslao olim plebano in Vgezd ad ecclesiam in Waldemberg ex causa permutac. cum dom. Rubino olim plebano in Waldemberg, de consensu nobilis dom. Mixonis de Potenstain alias de Zampach dicte patroni. Exec. plebanus in *Richnow*.

**Vgezd.** Anno quo supra 6. Maij data est crida Rubino olim plebano ecclesie in Waldemberg ad ecclesiam in Vgezd ex causa permutacionis cum dom. Woyslao, de consensu nobilis dom. Pothe de Czastolowicz dicte in Vgezd patroni. Exec. plebanus in *Schuhrow*.

**Polna.** Anno quo supra 6. Maij data est crida religioso fratri Johanni professo de domo theutonica ad ecclesiam in Polna per resignacionem dom. Johannis, ad presentacionem nobilis ac honorb. dom. Alberti de Duba professi ordinis fratrum S. Marie Virg. de domo theutonica dicte in Polna patroni.

**Zrnossyek.** Anno quo supra 6. Maij data est crida Nicolao de Hosczka presbytero Prag. ad ecclesiam paroch. in Zrnossyek per mortem dom. Crucis vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Hinconis dicti Berka de Duba domini in Hoenstain. Exec. plebanus *S. Johannis in suburbio Luthomericensi*.

**Juuenisboleslauia.** Anno quo supra 7. Maij date sunt cride cum commissionibus confirmacionum dominis Wenceslao olim S. Viti, et Martino olim S. Johannis plebanis, per resignacionem ex causa permutacionis factam, de consensu dom. Herssonis prioris generalis per Boemiam, Poloniam, Morawiam etc. ordinis hospitalis S. Johannis Jerosolymitani dictarum ecclesiarum patroni, et deputatus est ipsis pro executore decanus Boleslauien. plebanus in *Kosmonoss*.

**R. VIII. — Mnych.** Anno quo supra 8. Maij data est crida Benessio olim altariste omnium Sanctorum in Camenicz ad ecclesiam in Mnych, per resignacionem dom. Johannis vacantem, ex causa permutacionis, de consensu famosorum Henrici, Nicolai, Wilhelmi dicte ecclesie patronorum. Executor plebanus in *Destna*.

**Camenicz.** Anno quo supra 8. Maij data est crida Johanni olim plebano ecclesie in Mnych ad altare omnium Sanctorum in Camenicz per resignac. dom. Benessij ipsius altaris rectoris ex causa permutacionis vacans, ad presentacionem dom. Hane plebani ibidem in Camenicz. Pro executore plebanus in *Destna*.

**Curziewod.** Anno quo supra 9. Maij data est crida Georgio dicto Rziha olim plebano ecclesie in Chlum ad ecclesiam paroch. in Kurziwod per mortem dom. Jarconis, ad

presentacionem nobilis dom. Henrici dicti Berka de Duba et domini in Hustka dicte ecclesie patroni. Pro executore plebanus in *Oken*.

**Bukowsk superior.** Anno quo supra 13. Maij data est crida Ade clerico de Geyersdorff Olomuc. dioc. ad ecclesiam paroch. in Superiori Bukowsk per mortem vltimi rectoris vacantem, ad presentacionem dom. Jodoci Marchionis Morawie. Pro exec. plebanus in *Sigmunticz*.

**Malikowicz.** Nicol. Puchnik etc. Ad ecclesiam paroch. in Malikowicz per resignacionem dom. Wenceslai ex causa permutacionis vacantem, de consensu famosorum virorum Alssonis dicti Malicowicz, Daliborij et Johannis dictorum Raczowecz ibidem de Malicowicz clientum, dom. Mathiam olim plebanum in Hustzka cum dom. Wenceslao permutantem crida etc. 1398 15. Maij.

**Broda boem.** Nicol. Puchnik etc. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod ex actis judiciarijs bone memorie Venerabilis viri domini *Johannis Pomuk* decr. doctoris, Archidiaconi Zacensis in ecclesia Prag., Vicarij in spiritualibus Reuerendissimi in Christo Patris et dom. dom. Johannis S. Pragene ecclesie Archiepiscopi, apostolice sedis legati II. generalis, sumus informati, qualiter postquam altare in honorem Visitacionis S. Marie in ecclesia parochiali in Broda Boemicali de nouo fuisset dotatum et in beneficium ecclesiasticum erectum et creatum, prouidi viri Nicolaus Zalczer, Andreas Hawlo, Halass et Blahuto opidani dicti opidi in Broda boemicali ac dicti altaris fundatores et dotatores, prefato dom. Johanni Pomuk honorabilem virum dom. Nicolaum presbyterum ibidem de Broda boemicali instituendum et confirmandum presentauerunt, ad quam presentacionem prefatus dom. Vicarius prescriptum dom. Nicolaum ad predictum altare premissa crida seu proclamacione instituit et confirmauit etc. Datum Prage A. D. 1398 die 15. Maij.

**Budyna.** Nicolaus Puchnik etc. Quod nos ad presentacionem et petic. nobilium dominorum Vlrici Haz de Hazemburg, Wilhelmi Haz prepositi ecclesie Boleslauiensis, Sdenconis de Rozental ac nobilis domine Gitcze relicte bone memorie dom. Nicolai de Hazemburg tutorum orphanorum eiusdem domini Nicolai, in et ad ecclesiam paroch. in Budyna per mortem dom. Andree vltimi et immed. ipsius ecclesie rectoris vacantem, in qua prefati nobiles juspatr. nomine tutorio dinosc. obtinere, discr. virum Guntherum de Culunne clericum Culunnensis dioc. crida etc. Datum Prage A. D. 1398 15. Maij.

**Rychnow.** Ad presentacionem nobilis dom. Theodrici de Rychnow ad ecclesiam paroch. ibidem in Rychnow per



mortem dom. Cunssonis vlt. rectoris vacantem, discr. Nicolaum altaristam olim ibidem crida seu proclamacione premissa ex tenore sentencie diffinitiue rectorem legitimum instituimus et plebanum etc. A. D. 1398 24. Maij.

**Strogyeticz.** Ad presentacionem famosorum Wilhelmi de Peczkowicz, Johannis Stebnak, Siffridi de Strogyeticz clientum, ad ecclesiam paroch. in Strogyeticz per mortem vltimi rectoris vacantem, discr. Jaroslaum de Swynarzow clericum Prag. dioc. crida etc. 1398 24. Maij.

**Wlastiborzicz.** Anno quo supra 25. Maij data est crida Martino olim plebano ecclesie in Drchlawia ad ecclesiam in Wlastiborzicz ex causa permutacionis cum dom. Hancone, de consensu famosi Hanussij dicti Panczierz de Wlastiborzicz dicte ecclesie patroni. Exec. plebanus in *Letarzowicz*.

**Drchlawia.** Anno quo supra 25. Maij data est crida dom. Hanconi olim plebano ecclesie in Wlastiborzicz ad ecclesiam in Drchlawia ex causa permutacionis cum dom. Martino, de consensu nobilis dom. Henrici senioris dicti Berka de Duba dicte patroni. Executor plebanus in *Pawlowicz*.

**R. IX. — Kopidlna.** Anno quo supra 29. Maij data est crida Andree olim plebano ecclesie in Brziezina ad ecclesiam in Kopidlna ex causa permutacionis cum dom. Czenkone, de consensu famosi Zdenconis clientis de Kopidlna dicte ecclesie patroni. Executor plebanus in *Byecharz*.

**Brziezina.** Anno quo supra 29. Maij data est crida Czenkoni olim plebano ecclesie in Kopidlna ad ecclesiam in Brziezina, ex causa permutacionis cum dom. Andrea, de consensu honorbl. dom. Wenceslai Abbatis monasterij in Gredis ordinis S. Benedicti dicte ecclesie patroni.

**Teplicz.** Anno quo supra 2. Junij data est crida Johanni plebano in *Robczicz* dicto Lupus ad capellaniam in monasterio Teplicensi per mortem dom. Johannis dicti Medek vacantem, ad presentacionem venerabilium et relig. domicellarum Margarethe Abbatisse, Zophie priorisse tociusque conuentus monasterij in Teplicz. Executor plebanus S. Johannis ibidem in *Teplicz*.

**Miliczow.** Anno quo supra 4. Junij data est crida Paulo olim ministro capelle regie in castro Prag. ad ecclesiam in Miliczow, de consensu nobilis dom. Alberti de Kolowrath dicte ecclesie patroni. Executor deputatus plebanus in *Wssehrd*.

**Heynwald.** Anno quo supra 12. Junij data est crida Jodoco Missnensis dioc. ad ecclesiam in Heynwald per mortem domini Nicolai vacantem, ad presentacionem famosorum Conradi de Kyaw et Nicolai dicti Warnsdorff residentis in Heynwald.

**Prachowa.** Anno quo supra 18. Junij data est crida Henrico olim plebano ecclesie in Mlekowid ad ecclesiam in Prachowa ex causa permutacionis cum dom. Raczkone, de consensu honorab. et religiosi Sulkonis prepositi Chotyessouiensis ordinis Premonstrat. dicte in Prachowa patroni.

**Mlecowid.** Anno quo supra 18. data est crida dom. Raczkoni olim plebano ecclesie in Prachowa ad ecclesiam in Mlecowid ex causa permutacionis cum dom. Henrico, de consensu prouidorum Francisci dicti Ruthard, Alberti Nuegriner ciuium Luthomericen. dicte ecclesie patronorum. Executor plebanus S. Johannis in *Luthomericz.*

**Wissoczan.** Ano quo supra 25. Junij data est crida Przibiconi olim plebano ecclesie in Zidowicz ad ecclesiam in Wissoczan ex causa permutacionis cum dom. Buzkone, de consensu honorb. et religiosi dom. Johannis Abbatis in Ossiek et famosi Stephani clientis de Horzenicz dicte ecclesie patronorum. Exec. plebanus in *Skrl.*

**Zidowicz.** Anno quo supra 25. Junij data est crida dom. Buzkoni olim plebano ecclesie in Wissoczan ad ecclesiam in Zidowicz ex causa permutacionis cum dom. Przibicone, de consensu honorab. et relig. domicellarum Margarethe priorisse et conuentus monasterij in Swyetecz dicte in Zidowicz patronarum. Exec. plebanus in *Wtelna.*

**Dworzysstye.** Anno quo supra 3. Julij data est crida dom. Nicolao presbytero de Baworow ad ecclesiam paroch. in Dworzysstye per mortem dom. Wernheri vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Henrici de Rozemberg. Exec. plebanus in *Rychnow.*

**Grunaw.** Anno quo supra 5. Julij data est crida dom. Nicolao olim plebano ecclesie in Petra Misnen. ad ecclesiam parochialem im Grunaw Prag. dioc. per resignacionem dom. Nicolai ipsius ecclesie rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu Abbatisse in Valle beate Marie Virg. Exec. plebanus in *Ostrowia.*

**Monteschutni.** Anno quo supra 10. Julij data est crida dom. Borssoni olim plebano ecclesie in Grunth per resignacionem dom. Nicolai Schenher eiusdem altaris rectoris videlicet S. Marie in superiori ecclesia in Montibus chutnis vacantis, de consensu famosi Conradi Ruthardi ciuis in Montibus chuthnis.

**Grunth.** Anno quo supra 10. Junij data est crida dom. Nicolao Schenher olim rectori altaris beate Marie Virg. in ecclesia superiori ir Montibus chuthnis ad ecclesiam paroch. in Grunth, per resignacionem. dom. Borssonis ultimi ipsius eccl.



rectoris, de consensu honorb. dom. Nicolai Zampach archidiaconi Curimensis dicte ecclesie patroni.

**R. X. Tynisstz.** Anno quo supra 6. Julij data est crida Vincenscio de Kunyessye presbytero Wratislauien. ad ecclesiam paroch. in Tynisscz, per mortem dom. Sebestiani vlt. rectoris vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Pote de Czastolowicz. Exec. plebanus in *Opoczna.*

**Glathouia.** Anno quo supra 6. Julij data est crida dom. Johanni dicto Gmalech alias Magheneczch de Glathouia presbytero Prag. dioc., ad altare S. Marie Magdalene in Glathouia per honestos viros Leonardum, Frenczlinum dictum Fagus, Petrum dictum Pachingr, Jacobum Suihouien. panifices, Petrum, Leonardum, Hermannum et Knapones ibidem de Glathouia dotatum et per nos in perpetuum beneficium ecclesiasticum erectum. Executor plebanus ibidem in *Glathouia.*

**Krir.** Anno quo supra 6. Augusti data est crida cum commis. Gregorio olim plebano ecclesie in Krziwan ex causa permutacionis cum dom. Johanne plebano ecclesie in Krir vacantem, de consensu nobilis dom. Jenczonis de Janowicz.

**Krziwan.** Anno quo supra 6. Augusti data est crida cum commiss. Johanni olim plebano ecclesie in Krir ad ecclesiam parochialem in Krzywan ex causa permutacionis vacantem, de consensu nobilis viri Johannis de Chum tutoris orphanorum Bedrici de *Krzywan.*

**Mur.** Johannes Kbel decr. doctor etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis, quod nos ad presentacionem et peticionem honorb. et relig. dom. Gymrami prepositi Doxanen. ordinis Premonstratensis ad ecclesiam in Mur per resignacionem magistri Johannis Elie vlt. rectoris vacantem, relig. fratrem Nicolaum monasterij Strahoniensis dicti ordinis professum crida etc. 1398 7. Augusti.

**Krzeniss.** Anno quo supra 8. Augusti data est crida Wenceslao de Pyesska presbytero Prag. dioc. ad ecclesiam paroch. in Krzeniss per mortem dom. Odoleni vacantem, ad presentacionem famosorum Przibiconis de Chlum et Smylonis de Krzeniss. Exec. plebanus in *Dubna.*

**Hertwiciuilla.** Anno quo supra 12. Augusti data est crida Michaeli olim plebano in Schreibersdorff Missnen. dioc. ad ecclesiam paroch. in Herthwiciuilla Prag. dioc. per resignacionem dom. Nicolai rectoris vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Wentczkonis de Donyn. Exec. plebanus in *Zittauia.*

**Wlcziepole.** Anno quo supra 20. Augusti data est crida Ade Georgij de Lhota Prag. dioc. ad ecclesiam in Wlcziepole per mortem dom. Michaelis ultimi rectoris vacantem, ad pre-

sentacionem nobilis dom. Petri de Wartemberg alias de Chost. Exec. plebanus in *Busow*.

**Sczepanowicz.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentacionem Otticonis clientis de Sczepanowicz ad ecclesiam paroch. ibidem per mortem dom. Sbinconis vacantem, discr. Otticonem clericum ibidem de Sczepanowicz crida etc. 1398 die —.

**Schonow magnum.** Anno quo supra 6. Septembris data est crida Petro olim plebano in Kunigschein ad ecclesiam in magno Schonow per resignacionem dom. Petri vacantem, de consensu famosorum Cunczonis et Henrici fratrum de Maxin. Pro executore plebanus in *Henygwald*.

**Medwyedicz.** Anno quo supra 22. Sept. data est crida Johanni plebano ecclesie in Wsyetat ad ecclesiam paroch. in Medwyedicz, per resignacionem dom. Fabiani vlt. rectoris vacantem, ad presentacionem famosorum Johannis et Busconis armigerorum de Medwyedicz et Bohuslai de Wchynicz. Exec. plebanus in *Trziebenicz*.

**Wssyetat.** Anno quo supra 22. Sept. data est crida cum commiss. confirm. dom. Fabiano plebano ecclesie in Medwyedicz ad ecclesiam in Wssyetat per resignacionem dom. Johannis ipsius ecclesie rectoris, ad presentacionem honorabilis dom. Nicolai Gayher scolastici ecclesie Wyssegraden., nec non famosorum virorum Pesconis de Wssyetat, Marssonis de Prziwora, Wenceslai de Wssyetat, Dobessij de Vgezd, Zdechonis de Prziwora, Ruperti de Prziwora, Stankonis de Wssyetat et Rampssonis de Czeczowicz. Deput. pro exec. plebanus in *Costelecz*.

**Lodherzow.** Anno quo supra 26. Septb. data est crida cum commiss. Petro presbytero de Nouadomo, ad ecclesiam paroch. in Lodherzow per mortem dom. Wenceslai ad presentacionem honorab. et relig. dominorum Nicolai commendatoris et conuentus fratrum de domo theutonica in Nouadomo. Exec. decanus *Chinouiensis* plebanus in *Desczna*.

**Luczicz.** Anno quo supra 14. Octobris data est crida cum commiss. confirm. dom. Michaeli olim perpetuo vicario ecclesie S. Appollinaris Prag. ad ecclesiam paroch. in Luczicz per resignacionem dom. Petri vacantem, de consensu nobilis dom. Ottonis de Bergow. Pro executore plebanus in *Chlumecz*.

**R. XI. — Wozicz.** Nicol. Puchnik etc. Ad presentac. nobilis dom. Sigismundi de Orlik regni Boemie subcamerarij, in et ad ecclesiam paroch. in Wozicz, per mortem dom. Stephani vlt. rectoris vacantem, discr. Bohunconem canonicum ecclesie Boleslauien. rectorem legitimum instituimus et plebanum crida etc. Dat. Prage A. D. 1398 die 23. Octobris.

**Strczicz.** Anno quo supra 29. Octobris data est crida



Przibiconi olim plebano ecclesie in Swoyanow ad ecclesiam paroch. in Strczicz per resignacionem dom. Jacobi rectoris ex causa permutacionis vacantem, de consensu venerabilis dom. Ottonis Abbatis monasterij Altiuadensis dicte ecclesie patroni.

**Janowicz.** Ad presentac. nobilis dom. Purkhardi de Janowicz ac honorab. dom. Nicolai plebani ecclesie ibidem in Janowicz, ad cappellaniam seu altare S. Wenceslai in ecclesia paroch. ibidem in Janowicz, per mortem dom. Thome vlt. rectoris, discr. Buczkonem clericum de Mrakoticz crida etc. 1398 6. Nouembris.

**Slapans.** Anno quo supra 6. Nouemb. data est crida cum commiss. Thome de Byela presbytero Prag. dioc. ad altare S. Katherine in ecclesia paroch. in Slapans per resignacionem dom. Conradi plebani ecclesie in Longauilla dicti altaris vltimi rectoris, ad presentacionem honorab. dom. Mauricij plebani ibidem in Slapans. Exec. plebanus in *Przibislaw*.

**Myestecz.** Anno quo supra 12. Nouemb. data est crida Nicolao clerico de Warssauia ad ecclesiam paroch. in Myestecz per mortem dom. Przibiconis vacantem, ad presentacionem nobilis dom. Benessij de Chussnik. Pro executore plebanus in *Berunicz*.

**Ratay.** Ad presentacionem Onssowis de Podole alias de Ratay clientis, ad ecclesiam paroch. in Ratay per mortem dom. Thome vacantem, discr. Ogerium presbyterum de Wrssowicz crida etc. 1398 19. Nouembris.

Consensus permutacionis prepositurarum **Luthomericensis** et **Boleslawien.** Regius.

